ntijs, & Rè iudicata in 6. & ex exemplo
sumpto ex successione Summi Pontificis
administratione Imperij durante eius va-
tione, vt in cap.licet de foro competenti,
in Clementina Pastoralis de sententijs, &
e iudicata, & in alijs exemplis adductis à
llarmino liq. 5. de Romano Pontifice cap.
& 8.

nda conclusio non est contra ius diuinum
uod Personæ Ecclesiasticæ habeant non so-
m Potentia, sed etiam actu Regimen tem-
rale in vrbes iuxto titulo acquisitas; pro-
tur ratione, & exemplo, ratione quidem
li pacto, Potestas Ecclesiastica, & Potestas
mporalis Politica non pugnant inter se,
itur in eodem homine vtrumq; regimen
esse potest, antecedens probatur regimen
mporale Politicum respicit quietem tem-
ralem, Potestas autem Ecclesiastica respi-
quietem, seu tranquillitatem æternam,
d potest vniri tempus cum æternitate, &

tranquillitas temporalis cum tranquillitate æterna, non ergo pugnant inter se regimen Ecclesiasticum, & seculare, consequentia probatur, quia idem homo quamuis non possit esse totaliter albus, & totaliter niger, quia sunt qualitates ad inuicem contrariantes si sunt in summo, tamen idem homo potest esse albus,&rubeus; quia sunt qualitates non repugnantes inter se,vt explicat Bellarminius lib.5.de Romano Pontifice cap. 9. exemplo autem probatur, quia Melchi, fuit Rex, & Pontifex gen. 14. & ad Heb. 7.similiter Moses fuit Rex,& Pontifex Exod. 18. iuncto cap. 8. leuitic.cætera ad hoc propositum ponit Nauarr.in c.nouit. notabili 3. de iuditijs.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE

DE REGIMINE
RINCIPIS
EXTRA COMITIA
LIBER .II.

NON sufficit autem, vt hominum congregatio consequatur temporalem, & æternam tranquillitatẽ Principem secularem, & Ecclesiasticum bere, nisi vterq; benè regat in Comis, & extra requiritur enim in vtroq; Pruntia, & virtus, ad hoc vt hominum multilo tum a Principe seculari, tum Ecclesiaco taliter regatur, vt temporalem, & æterm tranquillitatem hominum multitudo nsequatur; quoniam sine virtute prudentia incipis malitia potius dicitur, quàm pruntia, & casibus fortuitis maxime subijci, & sine prudentia Principis eius Populus veluti nauis sine clauo.

DE VIRTVTE.

irtum est etiam apud Aristotilem tertio Politicorum cap. 3. quod non est eadem

virtus Principis, & boni ciuis; quoniam, vt explicat Caietanus prima secundæ quæst. 92. ar. primo in respõsione ad tertium inter Principem, & Ciuem interest, quod Princeps vices totius multitudinis in se gerit, vt potè curam illius multitudinis habens, Ciues autem partes sunt multitudinis, & ex hoc sequitur, quòd priuata malitia Principis ad male regendum populos sibi subiectos, totam multitudinem ad vitium inducit, & sic communi bono multitudinis sufficiens est nocere. Priuata autem malitia ciuium, bono existente Principe, quatenus dissonet bono communi, non tamen eadem bono communi est sufficiens nocere; quia efficacem actionem ad communitatem non habet, non enim iustitiam administrat neq; ministros creat, neq; gratiam ciuibus facit sicut Princeps; Et Propterea oportet ad hoc quòd cõmune hominum bonũ rectè se habeat, quòd habeat Principem virtuosum adeo, quod de Antecristo ait Diuus Hieronimus cap. 11. Danielis, quòd si non castè explicans illud de concupiscentia mulierum caute operabitur idem ait Cornelius à lapide ibidem, idem patet in Sacra scriptura, dicitur enim Ecclesiastes cap. 10. Væ Terræ cuius Rex est Puer, & cuius Principes mane comedunt, idest sine prudentia, vt Puer, & sine temperantia indulgẽtes primùm ventri, quę quidem virtus

'rincipis in pietatem, & probitatem diuidi-
ur, & quamuis pietas sit specialis virtus re-
piciens principium producens, & guber-
ans, tamen quia Deus excellentiori modo
st principium essendi, & gubernandi, ideo
ietas circa Deum dicitur religio, transferē-
o in Deum, & quæ sunt creaturarum, per
uādam super excellentiam, & sic sicut Deus
citur excellenter pater noster, ita per ex-
llentiam cultus Dei nominatur pietas, vt
plicat D.Th.2.secundæ q.101.a.3.ad secū-
m. Pietas igitur hoc excellentiori modo
cepta, quæ dicitur religio; est secundum D.
1.2.2. q. 81. a. 1. rectus de Deo sensus, re-
usq; in Deum cultus dixi rectus de Deo sen-
, quia illa est vera religio, quæ habet rectū
Deo sensum, qui Ecclesia Catholica do-
nte à sacris accipitur literis dixi, rectus in
um cultus, quia illa est vera religio, quæ
bet rectum cultum, seu rectam veneratio-
m Dei optimi maximi certis legibus, ce-
monijsq; deuinctā interno, & externo cul-
, quæ quidem religio magnum in hominū
mos imperium habet, quoniam vita ho-
num in Ciuitate vnita religione constat. Ex
autem excellenti Pietate, quæ religio di-
tur, nascitur cognitio Prouidentiæ Diui.
& eius æternæ directionis, qua Prouiden-
otus orbis regitur; nec non oritur con-

ſcientia, hoc eſt ſcintilla rectæ rationis in homine bonorum, malorumq; Iudex, & Index, ille .n. veram habet religionem, qui Dei eternam directionem, ſeu prouidentiam ſequitur, conſcientiamq; rectam cum religione iungit; non tamen ex hoc deducendum erit Principe in curioſum eſſe reipublicæ vtilem, imo viã Princeps præmonſtrat ſuis vigilijs, quæ ad Dei directionem ducit, vigilando .n. & rectè regendo, omnia iuxta Dei beneplacitum erunt, quod ſi quando aduerſa euenerint ęquo animo Princeps tolerabit S. Ludouici exemplum ſequutus, qui peſtem in exercitu ſuo graſſantem equanimiter tulit optimum .n. eſt ſine murmuratione Dei voluntati ſe conformare, malus .n. miles eſt, qui ſuum Ducem gemens ſequitur, e conuerſo vero ſtrenuus eſt miles, qui iuſſa Ducis ſequendo ſortitor fert, quæ ab hoſtibus immittuntur, imò optimum eſt pati, quod emendare quis non poteſt; conſcientia bipartita eſt, in approbationem benè geſti, & reprobationem ſecus acti, & hęc eſt nobis vtiliter data, vt ſit animæ nõ ſolum Principis, ſed vniuſcuiuſq; hominis pedagogus, & ita qui numquam triſtis eſſe vult ob conſcientiæ iudiciũ, benè viuat. Probitas quæ erat alter Principis virtutis comes, eſt recta in moribus, & actione omni, humanæ vitę norma conſiſtens

in

ı conuersione ad Deum, sicut improbitus moralis est norma consistens in auersione à Deo secundum D.Di.2.2.q.12.a.2.ad secundum, & sine hac probitate religio Principis vana est ad optimum reipublicæ regimen iure igitur bonos mores amare debet Princeps, qui religionem amat.

DE PRVDENTIA.

Ine Prudentia virtus esse non potest maxime in Principe, cum virtus omnis in electione, & modo consistat. Hæc autem non possunt esse sine prudentia secundum Diuum Thomam secunda secundę quæst.47.ar.4. igitur nulla virtus est sine prudentia. Prudentia autem est intellectus, & delectus rerum, quæ publicè, priuatimq; fugiendæ, aut appetendæ sunt, vt colligitur ex Diuo Thoma in dicta quæst.47. Intellectus, dixi, quia ea tamquam animæ oculo omnia videntur; Delectus, addidi, quia eadem honesta ab inhonestis, vtilia à noxijs discernuntur; Priuatim, publicèq; in serui, quia eius duplex est species domestica spectans ad priuatos, & politica Principibus competens, & hæc prudentia præseutia ordinat, futura prouidet, & præterita recordatur, eiq; prudentiæ omnia creata subijciuntur etiam ipsa astra, vnde dicitur, sapiens domina-

minabitur astris. Huius prudentiæ duo sunt Parentes, vsus, & rerum memoria, per vsum intellegitur humanarum rerum notitia ex visu, vel tractatu comparata: Per memoriam autem intelligitur notitia ex auditu, vel lectione, aut doctrina: Vsus paulo firmior est, per sua enim, non per aliena pericula discit, memoria plura ad prudentiam, & in plures confert, iuxta illud plures aliorum euentis docentur, quæ prudentia est vitæ Magistra, in qua tamquam in speculo sibi fas est ornare, & componere vitam, & bona propria, & communia rei Publicæ.

DE DIVISIONE PRINCIPIS Regiminis.

CVm hominum congregatio, quæ Principis regimine regitur in societate sit, & societas in duobus consistat, in commercio, de quo agit Stephanus Guazzus de ciuili conuersatione, & ad rem nostram non facit, & in regimine Principis de quo agendum est in præsenti. Propterea definiendum est prius Regimen Principis ad hoc, vt ex ipsa definitione deducantur ea, quæ deducenda sunt. Est igitur Principis regimen certus ordo in iubendo, & parendo, sine regimine in his duobus consistente, nec domus, nec Ciuitas, nec Gens,

Gens, nec vniuersum genus stare potest, cum
sit regimen spiritus vitalis vniuersi, quem tot
millia trahunt, hoc autem regimen est multi-
plex secundum Aristotilem in 3. Polit. cap.
10. & Diuum Thomam prima secũdæ quæst.
95. ar. 4. & quæst. 105. ar. primo. Primum re-
gimen est Monarchia, quod est vnius regimẽ
Principis, secundum est regimen optimorũ,
& dicitur hoc regimen Aristocratia, tertium
est regimen paucorum, & dicitur hoc regi-
men oligarchia, quartum est regimen om-
nium de Populo. & dicitur democratia, quin-
tum est regimen tyrannicum, quod est regi-
men corruptum, & Propterea vitandum est
insuper aliud regimen ex istis regiminibus
simplicibus compositum. Cunctas. n. natio-
nes, aut Reget vnus, aut primiores regunt,
aut pauci tantum, aut Populus omnis, aut
regitur à non habente potestatem, vel ha-
bente potestatem, sed non ad communem
sed ad priuatam vtilitatem, aut regitunns si,
nul cum optimis, si primum dicitur regimen
Regis sicut fuit Regimen Mosis, si secundum
dicitur Aristocratia, sicut fuit Regimen sep-
tuaginta duorum seniorum, dicitur enim De-
ut. cap. primo tuli de vestris tribulus viros sa-
pientes, & nobiles, & costituit eos Princi-
pes, si tertium est oligarchia, vt fuit regimen
Prætorium tempore Romanorum, si quartũ
dicitur

dicitur democratiua, ſecundum quod Regimen dicitur Exodi 18. prouide de omni plebe viros ſapientes quos Populus eligebat, vt dicitur cap. primo Deutoronomini; date ex vobis viros ſapientes, ſi quintum dicitur tyranaicum, vt ſunt illa regimina corrupta, ex quibus non ſumitur aliqua lex, lex enim non poteſt ſtatui, niſi à regimine non corrupto, ſi autem eſt regimen compoſitum, & ſecũdum hoc ſumitur Princeps regens ſimul cum optimans, vt in Republica Veneta. Horum regiminum Regimen vnius Principis eſt optimum ſecundum D. Th. lib. primo de Regimine Principum cap. 2. cum ſequentibus eſt. n. aptius ad naturem, animantibus docentibus in quibus regiminis vnius imago eſt, vt in apibus, idem docet nos inſenſata nauis, in qua vnus eſt Gubernator, in Populari autem, optimarum, & alijs regiminibus diſcordia ſæpe cernitur. Hoc autem vnius regimen ſic
2 definitur, eſt vnius regimen moribus, aut legibus de latum, ſuſceptum, geſtumq; pareatium bono, dixi vnius regimen ad includendendum regimen vtriuſq; ſexus, quamuis maſculi Regimen melius ſit. Dixi moribus, aut legibus delatum, quia aut ſucceſſione, aut electione deferendum eſt, tunc ſucceſſione defertur, cum Princeps, è Principe naſcitur, tunc electione defertur cum ſuffragijs deſi-
gnatur

natur,delatio regiminis per electionem an-
quior est, Delatio verò regiminis per suc-
essionem magis recepta est. Dixi susceptũ,
estumq; quia sunt,qui suscipiunt rectè, non
amen gerunt, aut finiunt rectè, & hinc ini-
a regiminis ferè meliora sunt, sed finis in-
inat,regni enim natura corrupta hoc fert
t diuturnitate in superbiam, & luxum decli-
et,sed malè cum Regimẽ facillimè retinea-
ır ijs artibus quibus initio paratum est.De-
iq; positum est,parentium bono, quia finis
incipatus est subditorum commodum, &
lus,nam tranquilla Ciuium vita,illam regen
proposita est,vt ea opibus,firma copijs lo-
iples gloria ampla, & virtute honesta sit,
on .n. Rex eligitur, vt se molliter curet, sed
per ipsum illi,qui elegerunt benè, trãquil-
; viuant, & in hoc rex distinquitur à Ty-
nno,quòd hic suum ipsius commodũ quæ-
,sed Rex subiectorum, est.n.regi tradita
bditorum,non seruitus, sed tutela, vt om-
um somnos eius vigilantia,omnium otium,
is labore, omnium delitias, eius industria,
nnium vacationem, eius occupatio de-
udat.

QVAE

QVAE REQVIRVNTVR AD HOC, vt Princeps sic descriptus ad solutarem eius finem perueniat.

VT autem Princeps optimus perueniat ad suum optimum finem, oportet, vt sit bonus, & prudens, duo .n. sunt, quæ Principem legitimum, vt numeris omnibus absolutum faciunt, vt in principio dixi, Prudentia, & virtus, Prudentia in actionibus, virtus in vita consistit, virtus, & Regi, & ijs, qui reguntur prodest, Regi quia ita decorum est, vt probitate emineat, cum dignitate alios excedat, non enim conuenit Regimen ei, qui non est melior ijs, quos regit. Pustulat insuper id eius fama, omnia enim facta, dictaq: Principis circumferuntur. Regni etiam firmitas id poscit, nam quosdã Principes ob eorum immanitates ex ceruicibus publicis excussũ sunt, vt De nerone scribitur. Alijsq; prodest Principis probitas; cum .n. Princeps est bonus, subditi etiam sunt tales, ex manu .n. non autem ex ore valor sumitur ad cuius demostrationem legitur iudi. c. 7. dominum præcepisse ad Gedeon illos milites esse ad victoriam cõtra mediam sufficientes, qui non lamberent lingua aquam, vt canes, sed qui inclinauerint super genua, & manu sua ad os suum posita lamberent de aqua.

QVAE

/AE REQVIRVNTVR ADHOC, vt subditi probi sint Principum exemplo.

Vpplici via subditorum bonitas compa- rari potest lege, & exemplo lege prohi- ente crimina,& virtus exemplo res suaden- ,quia componitur orbis, Regis, ad exem- um,hæc est.n.Principum conditio,vt quid- id faciat præcipere iudeantur, & quamuis nnis Principis virtus, sit ei vtilis, atq;deco- tamen quędam,vt minuta.quædam vt ma- a sydera necessaria sunt, inter magna est titia,& clementia:tanta.n.est iustitiæ vis, nec is quidem qui scelere,& maleficio pa- tur possit sine vlla particula iustitiæ viue- , Quæ quidem iustitia est ius, & æquum in & in alijs firmiter seruans §.primo institu- nibus de iust.& iure: Dixi in se,quia Prin- ps debet secundum leges viuere lege digna x Cod.de leg. nam remota iustitia Regna t magna latrocinia.Dixi in alijs, quia nō in se Princeps debet esse iustus, sed etiā lijs; itautnec opulenti iniustum aliquod iantur, nec plebs contumelium accipiat; il ergo apud Principem sit venale, opor- insuper,vt causas,reosq;audiat, quoniam iditi tamquam Sancti innocentes pereūt.

Opor-

Oportet insuper, vt Princeps leges non violet, in legum .n. obseruantia sita est Ciuitatir salus. Clementia est alterum magnum Principis lumen, quæ quidem elementia est virtus animi à pæna, aut vindicta ad lenitatẽ cum iudicio inclinantis. Quæ quidem clementiæ virtus Principi est maximè necessaria, amorem .n. subditorum parat; quoniam qui vult amari, languida necesse est, vt regat manu, & ex amore securitas regni oritur magis quam ex excubijs, aut circumstantibus telis, firmissimum .n. est regimen illud, quo obedientes gaudeat contra verò inuitum Regimen nemo retinuit diu. Ac insuper clementiæ virtute Principes magis proximè ad Deum accedunt, qui hominibus per clementiam salutem tribuit. Verum tamen est clementiã iudicio esse moderandam, alias esset mollities, & non virtus, non debet .n. esse separata à iustitia, sed recedens tantum ab illius rigore, & ita sæpè est dissimulandum, ita vt de bona subditorum subordinatione, ac tractabilitate letus, quam ob eorum prauitatem iratus contristatusq; videri mali, id.n. interest reipublicæ, nam si semper Princeps puniat, seueritas assiduitate ammittit authoritatem, & sicut arbores quidam recisæ pullulant, ita Principis crudelitas augetur tollendo inimicorum numerum, temperatus enim timor

est

eſt, qui cohibet, & Principi non minus ſunt turpia multa ſupplicia,quàm Medico funera. Inſuper inter lumina accenſa Principis debet eſſe fides,& modeſtia, nefarium .n. eſt fidem frangere,quæ quidem fides eſt effectus, qui in nobis eſt dicti,aut promiſſi.Modeſtia inſuper eſt Principi decor, quæ ſic definitur, modeſtia eſt ſenſus ratione temperatus, nec actione exultans de ſe,& ſuis: decet .n. Principem non ſolum ſenſum temperare,ſed etiã actionem,itaut ſermo ſit ei preſſus, nedum inceſſus modeſtus, aliàs multum adeſſet in Principe dicacitatis ſapientiæ parum: ſit etiã in cultu corporis moderatus, multo enim pulchrius eſt animum præferre cultum,quàm corporis veſtem. Hæc autem modeſtia non debet eſſe à Maieſtate aliena, quæ Maieſtas eſt quædam amplitudo ob meritum virtutis, ob quam Maieſtatem ſubditi Principi credunt ad fidem.n.faciendam auctoritas aperitur apud legiſtas,dicentes non eſſe credendũ teſtibus, niſi ſint omni exceptione maiores. Hanc grauitatem gigunt virtutes, & rerum agendarum concurſus, corpore ingens, & verbis magnificus,receſſus etiam aliquando, continuus .n. aſpectus minus venerandus eſt leg.obſeruandum ff.de off.præſidis vnde Maieſtati ex longinguo maior eſt reuerentia, & hæc quoad maiora ſydera. Minora lumina in

Principe etiam requiruntur inter, quæ est liberalitas nihil.n. est hominis naturæ liberalitate accomodatius. Id autem, iuditio, intellige vna cum modo, nam subitæ largitionis comes est penitentiæ, & si ærarium ambitione exhaurerit Princeps, perscelera supplendum erit. Requiritur etiam in Principe castitas, nam animo per libidinem corrupto nihil honestum inest, alias Princeps à feminis gubernabitur, quod nefas est, fugere debet etiã, Princeps infamiam, cum eius præcipue gesta sint tum ad Deum, tum ad famam bonam in hac vita dirigenda, sine.n. directione ad Deũ eius actiones nõ sunt actus verè virtutis simpliciter vt docet Diuus Tho. 2.2. q.23.ar.7. vbi Caiet. & contempta fama, contemnuatur virtutes, & hæc de probitate Principis, cuius exemplo subditi reguntur.

DE PRVDENTIA Principis.

PRudentia duplex est altera est eius qui consulit id quod est ad rem, altera est eius qui bene mouenti paret, Princeps ergo in regiminis partem ad sumere debet alios peritos, qui sint veluti multi oculi Principis: quorum quidam sint consiliarij, qui lingua, & mente iuuent,

iuuent, alij ministri, qui manu, & factis operentur. Cõsiliarij has conditiones habere debẽt, in primis debent esse probi, sic enim erũt fideles, secũdo debent esse periti rerũ hominumq; sic enim erunt prudentes, Prudentia .n. non habetur, nisi ab habentibus peritiam rerum, & morum hominum, qui reggendi sunt, & propterea debent esse senes, sic .n. erunt prudentes iuxta Aristotilem in Metaphisicis dicentem iuuenes scientes esse possunt, pendentes verò nequaquam, debent insuper esse exerciti varia fortuna, sic .n. tam in prosperis, quam in aduersis erunt prudentes, amplius debent esse mediocriter acuti, nimis enim acutus non est aptus ad benè consulẽdum, quia suptilia ingenia (ex quo sunt in assiduo motu) sunt inepta gerendis rebus, & propterea non sunt eligendi Consiliarij, qui de his qualitatibus non habent publicam famam, & præcipuè sunt eligendi illi, qui salutaria suggerere solent in pace, siue in bello, finis .n. consultationis est suggerere salutaria. Tunc autem salutaria suggerunt Consiliarij, si sunt pij, impios .n. Deus abhominatur, secundo si sunt liberi, ita vt liberè quod sentiũt dicunt, & non potius cum furtuna, quàm cũ Principe dicant. Tertio si sunt constantes, prudentis .n. est vna via in cedere regulariter, quamuis in aliquibus mutari possit, dum te-

net eundem portum, licet non eundem cursum, quarto si sunt modesti, ad ea.n.quæ agenda sunt quieta industria ad esse debet, debent insuper esse secreti; taciturnitas .n. est optimum Principis sigillum. Insnper non debet esse natura inclinati ad cõtradicendum aliorum sententijs. Hi.n.salutaria non suggerunt, sed potius discordiam in consultatione, & ex discordia odium nascitur, quod in publici boni perniciem vergit. Debent quoq; consulentes esse vacui passiouibus in rebus dubijs, ne potius passio, quàm veritas dominetur. Nec debent esse auari Consiliarij, priuata .n.cupiditas semper nociua est rebus publicis.

DE SCOPVLIS FVGIENDIS à Consiliarijs.

IN Consilijs dandis tres scopuli sunt vitandi primus est Consilium fiducia plenum, callida.n.& temeraria consilia prima specie læta sunt, sed tractatu dura, & euentu tristia: secundus scopulus est cupiditas, nam qui cupit festinat, qui autem festinat, euertit, vnde Prudens prouerbium est, lentè consiliari, sed cito exequi. Tertius scopulus est celeritas ex qua naufragium oritur, quod intelligitur de celeritate quoad consultationem, non autem quoad exequtionem iuxta prouerbium paulo

lo ante dictum. Non sufficit autem optimum consilium eorum, qui consilium dant, vt Reipublicæ salus proueniat, sed requiruntur alia requisita in Principe audiente Consiliarios. Primo .n. requiritur. vt tempestiuè consulet. Non .n. in arena consilium sumendum est à Principe, sed tempore, & loco opportuno, cauere tamen debet Princeps, ne inutili cũtatione, exequendi tempora in consulendo consumat. Secundo requiritur, vt Princeps sententiam suam celet, quod .n. fieri debeat cnm multis tractat, quod vero futurum sit, cum pancissimis, vel potius secum tantum. Tertio requiritur, vt Princeps sit secretus, quia nulla sunt meliora consilia, quàm quæ ignorauerit aduersarius antequam fiat. Quarto requiritur vt Princeps concedat libertatem in consulendo, nam miser est Princeps apud quem vera reticentur. Quinto requiritur, vt Princeps non puniat in felicius cõsulentes, nam de futuri sunt Consiliarij si in mala suasione periculum sit, sicut nec felicius consulentes præmiare debet Princeps, quoniam sæpe nociua magis, quam vtilia consilia prosperè eueniũt, quia omnia diuina prouidentia disponit iustè. Sexto requiritur, vt non sequatur Princeps consilium ex mancipijs suæ aulæ, quibus mos est omnia Principis laudare ob quæstum.

DE MINISTRIS, QVI PVBLICE, aut priuatim Principi exibent in factione aliqua vsum.

Ministri illi publicé vsum Principi exibent, qui tangunt partem Reipublicè, & ij cũ triplici nota sunt eligendi prima, vt genius in ijs sit honestum, vilis.n.est ille, qui viles tantum adhibet ministros, nisi eximia in his sit aliqua virtus, tunc .n. ex quo est optimus, est nobilissimus: Secunda nota est vita, nam ministri publici debent esse probi: tertia nota est ingenium, vt possit functioni publicæ pro indole sua exercere ministerium. Illi vero ministri sunt priuati, qui ad aulę Principis vsũ adhibentur, & ij primo debẽt esse obsequiosi, vt Principis potiùs, quàm propriam commoditatem querant. Secundo requiritur, vt non sint iactantes, sic enim vitabitur inuidia, debent igitur omnia ad Principis prudentiã referre. Tertio debent esse patientes, itaut iniurias ferant, & gratias agant; itaut vix apertum os videantur habere ad reprehensionẽ, & hæc quoad prudentiam tum Consulentiũ Principi, tum Principis ministrorum, ex quibus subditi exemplum accipere possint ad propriam vitam propriamq; domum regendam; quo vero ad propriam Principis prudentiam,

dentiam, ex qua etiam subditi exemplum sumere possint illam diuido imprudentiam togatam in pace seruandam, & prudentiam militarem in bello vsu recipiendam.

DE TOGATA PRINCIPIS Prudentia in pace seruanda.

Togata Prudentia. Est quæ in quotidiana gubernatione, tranquillisq; rebus interuenit, cuius est duplex vsus, primus circa res diuinas, secundus circa res humanas. In rebus diuinis versatur Prudentia Principis circa Sacram religionem, in qua Princeps Ecclesiasticus iurisdictionem, Princeps verò secularis tutelam, defensionemq; habet, Deus .n. pronior est etiam in Principem secularem circa veram religionem colentē. Imo si Principis secularis subditi fuerint Dei metuentes, vtique in rebellionem, aliaq; huiusmodi vitia minime prolapsuri erunt, & vera religione confusa omnia in turbam ruunt. Propterea ad Principem spectat veram religionem defendere, introductis .n. falsis sectis non solum rerum mutatio verum etiam coniurationes, seditiones, conciliabula, quæ ipsi etiam Principi nocent oriuntur, vt experientia didicimus in Regno Angliæ. Et Propterea puniendi sunt hæretici. quoniam secundum est mem-

brum, ne totum corpus intereat. Tempus tamen est seruandum, ne subita coercitio plus danni Reipublicæ ferat, idq; exemplo Medicorum, qui plus interdum quidte, quàm mouendo proficiunt. Cum igitur in republica Christiana, Catholica Romana sit vera religio, sequitur tam ad Principem Ecclesiasticum, quam secularem spectare illam maximè tueri.

Religionem Catholicam Romanam esse veram cœterasq; esse sectarias, ac falsas probatur primo quoad Dogmata Philosophprum, deinde quoad septas alias falsas.

Si Philosophorum Dogmata veritatem continerent vtiq; illam continerent circa Deum,
1 circa mundum, circa animas nostras, circa beatitudinem nostram, circa media ad illam assequendam, & circa alia ferè innumerabilia sed circa hæc omnia falsitatem continent, nam circa Deum aliqui Philosophi dixerunt hunc mundum esse Deum, & sic esse colendã omnem mundi partem, & per consequens esse ferè infinitos Deos, quod falsum esse probat Diuus Thomas primo contra gentes cap. 42. alij dixerunt esse vnum Deum finiti temen vigoris, quod similiter est falsum, vt Diuus Thomas loco citato cap. 42. recte probat. Alij dixerunt Deum esse agentem ex necessitate naturæ, quod etiam falsum est, vt idem

idem Sanctus Doctor probat ſecundo contra gentes cap.23. Alij dixerunt Deum ſingularia minime cognoſcere, quod etiam falſiſſimum eſt, vt idem Diuus Thomas probat primo contra gentes cap. 65. Alij dixerunt Dei voluntatem tollere contingẽtiam, quod etiam eſt falſiſſimum, vt idem Sãctus Doctor probat primo contra gentes cap.85. Circa vero mundum errauerunt ſimiliter Philoſophi nam aliqui dixerunt illum eſſe æternum, vt in 8.Phy. quod falſum eſt, vt probat Diuus Thomas libro 2. contra gentes cap. 31. cum ſequentibus. Alij dixerunt mundum caſu gubernari, quod falſiſſimũ eſt, vt probat Diuus Thomas loco proximè citato cap. 39. Similiter errauerunt Philoſophi circa animam rationalem, nam aliqui dixerunt illam eſſe mortalem, quod falſum eſſe probat Diuus Thomas 2. contra gentes cap. 79. cum ſequentibus. Alij dixerunt humanum intellectum vnũ eſſe in omnibus hominibus, quod eſt falſiſſimum, vt probat Diuus Thomas 2. contra gentes cap.73. cum ſequentibus. Alij dixerũt animam noſtram ab æterno fuiſſe, nec cum corpore incepiſſe, quod probat eſſe falſum Diuus Thomas 2. contra gentes cap.84. Circa vero hominis Beatitudinem ſimiliter Philoſophi errauerunt, nam alij dixerunt beatitudinem hominis eſſe in delectationibus cor-

poralibus, alij in honoribus, alij in diuitijs, & alij in alijs caducis, quæ omnia probat esse falsa Diuus Thomas 3. contra gẽtes cap. 27. cum sequentibus. Circa media vero ad consequendum nostrum vltimum finem, similiter errauerunt Philosophi, si .n. Philosophi errauerunt circa nostram Beatitudinem, ergo errauerunt circa media apta ad consequendam nostram Beatitudinem, media .n. à fine regulantur, vt patet in errante circa terminum ad quem cum similiter oportet, vt erret circa iter ducens ad huiusmodi terminum, idem patet in errante circa conclusionem deducẽdam, nam ipse oportet, vt erret circa præmissas probantes conclusionem illam. Necessaria igitur fuit Dei reuolutio circa veritatem nedum prædictorum, sed etiam aliorũ, in quibus Philosophi errauerunt, qui quidem errores in directorio Inquisitorum parte 2. quæst. 4. cum sequentibus describuntur, vbi scholia 23. rectè ait hæreses ortas esse ex Philosophorum erroribus. Ad fugam igitur errorũ Deus in sacra scriptura reuelauit veritatem tum eorum, quæ intellectu credenda sunt, tum eorum, quę per voluntatem exequenda sunt, vt probat D. Thomas prima parte quęst. prima ar. primo cum .n. Deus optimus maximus sit prima veritas in essendo, in cognoscendo, & in dicendo. Et propterea

non

non poteſt, nec falli, nec fellere, ſequitur id quod à Deo optimo maximo reuelatum eſt
2 in Sacra ſcriptura eſſe certiſſimè verũ, quãuis illud reuelatum, vt reuelatum, non ſit euidens nobis; quod autem Deus ſit prima veritas in eſſendo patet ex eo, quia ens, & verũ conuertuntur, ſed Deus eſt primum ens, ergo Deus eſt prima veritas in eſſendo. Quod autem Deus ſit prima veritas in cognoſcendo patet, quia eius cognitio ſemper eſt conformis obiectis cognitis, ergo nihil Deus ignorat, & in nullo errat, igitur Deus eſt prima veritas in cognoſcendo; Nihil.n. ignorare, & in nullo errare ſpectat ad ſummam, & per conſequẽns ad primam veritatem. Quod autem Deus ſit prima veritas in dicendo patet, quia veritas in dicendo eſt virtus moralis voluntatis inclinas ad dicendum verum, & ſic eſt virtus ſimpliciter. Igitur hæc virtus reperitur in Deo in ſummo perfectionis gradu, quod autem eſt in ſummo gradu, eſt primum, Deus igitur eſt prima veritas in dicendo, & adeo hoc eſt verum, vt neq; de potentia abſoluta mentiri poſſit, vt probant Theologi. Verum quia aliqui dicere poſſunt reſolutionem Sacræ ſcripturæ non eſſe faciendam ad Deum reuelantem, qui eſt prima veritas in eſſendo, in cognoſcendo, & in dicendo, ſed ad Eccleſiam, quæ eſt fidelium congregatio, quæ

non

non est prima veritas in essendo, in cognoscendo, & in dicendo. Propterea quæritur ad quem sit facienda vltima resolutio fidei Catholicæ Romanæ in Sacra scriptura contentæ.

Vtrum resolutio vltima fidei Catholicæ, quæ continetur in Sacra scriptura fiat ad Ecclesiam proponentem illam iuxta D. Augustinum de vnitate Ecclesiæ c. 16. vel ad Deum optimum maximum?

Respondetur vltimam resolutionem religionis Catholicæ Romanæ contentæ in Sacra scriptura fieri ad Deum primam veritatem, pro-
1 batur si interrogetur fidelis cur credat articulis fidei religionis Catholicæ Romanę. Respōdet quia Deus in Sacra scriptura illos reuelauit, & quia est prima veritas. Propterea illi sunt certè veri, Deinde fit probatio Sacrã scripturam esse reuelatam à Deo optimo maximo, vt est prima veritas primo ex miraculis, & precipuè perennis ebullitionis sanguinis Sancti Ianuarij tali pacto non est credibile, quod Dei potentia tot miracula patrarit in testimonium falsæ doctrinę ab hominibus confictæ, & vt diuina fidelibus traditæ, sed Deus prima veritas patrauit multa miracula, & cōtinuo miracula patrat in ebullitione sanguinis Sancti Iannarij in cōspectu eius Capitis separati à corpore per multa sæcula

in confirmationem Sacræ scripturæ, quam nou solum Diuus Ianuarius, verum etiam tota Ecclesia confitetur esse veram, igitur religio Catholica Romana, quæ continetur in Sacra scriptura est reuelata à Deo prima veritate, maior probatur quia si Sacra scriptura testificata à Deo miraculis excedentibus naturæ ordinem non esset à Deo reuelata, sed esset falsò conficta ab hominibus, sequeretur Deum esse testem falsitatis, quod contradicit primè veritati, nec est credibile Deũ velle derogare legibus naturæ in patrandis miraculis in excedentibus naturæ ordinem ad istantiam alicuius confitentis scripturam falsam, ac derogantem veritati circa religionem ipsius Dei, nullus .n. Princeps derogat suis legibus ad istantiam tenentis scripturã derogantem veritati, & honori ipsius Principis. Minor probatur ex Hystorijs, sacris, & ex proprio intuitu vniuscuiusq; ebullitionis sanguinis Sancti Ianuarij in conspectu sui Capitis, quod omnem naturæ ordinem excedit, actiuè .n. qualitates naturæ sunt calidum, & frigidum, sed si sanguis separatus à corpore apponatur iuxta ignem non ebullit, sed potius exsiccatur, & si apponatur iuxta niuem neq; ebullit, sed potius fit durus, liquefactio ergo sanguinis ad præsentiam sui capitis est testimonium Diuinum fidem Diui Ianuarij

contentam in Sacra scriptura esse reuelatam à Deo prima veritate, & hoc argumento vtitur Diuus Augustinus lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 5. & cap. 4. cōtra Epistolas fundamēti dicens vis miraculorum, consensus Populorum, sapientia Ecclesiæ Doctorū, antiquitas, & perpetua Episcoporum Romæ successio sunt extrinseca motiua disponentia ad fidem acquirendam, & retinendam; quod argumentum Diuus Augustinus sumpsit ex Christo Domino nostro Ioan. 15. dicente si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent infidelitatis reduco autem ad hoc caput martyria, Martyrū in Martyrio, miracula patrantium, Martiria .n. in sectis falsis sunt separata à miraculis rigorosis, in nulla .n. secta falsa sunt miracula rigorosa, seu excedentia omnem naturæ ordinem, licet in aliquibus sectis falsis reperta sint miracula apparentia; quæ non excedunt omnem naturæ ordinem, possunt .n. fieri per occultam applicationem qualitatis actiuæ qualitatibus passiuis, sed resurrectio mortuorum, illuminatio cæci, ebollitio sanguinis à capite per multa sæcula separati fieri non potest per applicationem qualitatum actiuarum experientia teste, & hæc miracula rigurosa nunqnam facta sunt in sectis falsis tempore falsitatis, nam licet facta sint miracula rigurosa apud

Hebreos,

Hebreos, illa tamen facta sunt tempore, quo habebant veram fidem de Messia venturo, de perdita autem fide circa Messiam, qui iam aduenit, Deus non patrauit aliquod miraculũ rigorosum penes illos, & penes Catholicam fidem tantum vsq; hodie miracula rigorosa patrat.

Secundo probatur Sacram scripturam à Deo esse reuelatam argumento, quo vsus est Apostolus ad Romanos 1. dicens segregatus in Euangelium, quod ante promiserat in scripturis Sanctis per Prophetas suos de filio suo, vnde scholastico more sic in formam redigo argumentum. Incredibile est esse falsum, & non à Deo reuelatum, quod per tot ante secula fuit prædictum per prophetarum oracula, sed scriptura testamẽti noui fuit sic prędicta in oraculis prophetarum, igitur scriptura noui testamenti est vera, & à Deo reuelata, probatur maior, quæ non sunt in causis naturalibus, neq; prædici, neq; sciri certo possunt nisi à Deo, & ideo Isac. c. 41. ait annuntiatæ, quæ ventura sunt, & sciemus, quia Dij estis nos, idemq; asserit Aristotiles in primo perherm. dicens de futuris contingentibus non est determinata veritas. Probatur minor ab Eusebio Cæsarient. in lib. de Euang. demo. & à Sancto Prospero de prædict. & promissionibus Patriarcharum multis medijs, quorum

rum

rum vnum est, Christus cęcos illuminauit, vt sacræ, & humanæ Historiæ testantur; sed id ab Isaia c. 35. prædictum fuit Deus ipse veniet, & saluabit vos &c. tunc aperientur oculi cæcorum, aures surdorum patebunt, saliet &c. & hoc est illud, quod Euangelistæ dicũt, vt implerentur scripturæ, vt explicant D. Gregorius hom. 6. in Ezec., & Diuus Augustinus lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 34. ex quo deducitur doctrinam hereticorum esse falsam, & non à Deo; quoniam neq; per Prophetas, nec per Apostolos prædictum est, fidem Catholicam Romanam esse restaurãdam, vt eorum doctrina prætendit. Cũ igitur fides Catholica Romana de Christo venturo, qui iam aduenit non solum et profetizata per tot ante sæcula, verum etiã contineat multas profetias, inter quas sunt profetiæ D. Ioann. in Apocalip. & sectæ falsę nullam cõtineãt Prophetiam, sequitur Sacram scripturam religionis Catholicæ Romanæ esse à Deo reuelatam.

Tertio eadem reuelatio Sacræ scripturæ probatur sic illa doctrina est reuelata à Deo cuius hostes à Deo grauissimè puniuntur, sed Iudei, hæretici, alijq; fidei Catholicæ hostes grauissimè à Deo puniuntur, vt euidenter patet, ergo fides Catholica à Deo est reuelata neq; in hoc argumento cõmittitur fallacia à pluribus

ribus causis indeterminatis, ad vnam causam determinatam, quia respondetur, quod quãuis Deus puniat propter alia peccata præter persecutionem doctrinæ Catholicæ, tamen cum de alijs peccatis hostes Catholicæ doctrinæ agant penitentiam, & de persecutione doctrinæ Catholicæ Romanæ non agant penitentiam, cum in illa persecutione perseuerant, & Deus perseuerat in punitione, maximum signum est punitionem hanc esse propter Ecclesiasticæ doctrinæ persecutionem, ait.n. Deus per os Ieremiæ 18. si quis pęnitẽtiam agat de malo suo, agam, & ago pęnitentiam super malo, quod cogitaui facere ei idq; verum esse in omni ætate probat Suarez. to. 4. disp. 8. sec. 1. Imo D. Chris. oratione tertia aduersus Iudeos probat ex psal. 105. quòd punitio delinquentibus, cessat pœna in Populo, quæ à Deo infligebatur propter delinquẽtium peccatum, sed non cessat pœna, in Populis impugnantibus fidem Catholicam, & punitis à Magistratibus hostibus fidei Catholicæ delinquentes in alijs criminibus, pœna igitur populorum inimicorum fidei Catholicę, quæ à Deo infligitur est propter persecutionem fidei Catholicæ, quod autem pœna populorum nõ sit inflicta ab humana potestate principaliter, sed à Deo, patet, quia non est malum pœnæ in Ciuitate, quod non

faciet Dominus, Amos. 3. neq; obstat Dei punitionem esse propter peccata occulta hostium fidei Catholicæ, quæ à Magistratu non puniuntur, quia respondetur etiam in populo Catholico esse peccata occulta, quæ à Magistratu non puniuntur, & Deus non punit populum Catholicũ, imo Ecclesiam Catholicam fauoribus quotidie auget, igitur id facit, quia eius fides est non solum vera, sed ab ipso Deo reuelata, & è contra fides Hostium doctrinæ Catholicæ est falsa, & sic à Deo non reuelata.

Quarto probatur eadem reuelatio, doctrina illa est reuelata à Deo ad cuius promulgationem expulsa est Idolatria plurium Deorum, vel falsi Dei iuxta Isa. c. 2. dicentem eleuabitur Dominus solus in die illa, & Idola pœnitus conterentur, & iuxta Abacc. cap. 3. dicentem cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius; ante faciem eius ibit mors, egredietur diabolus ante pedes eius, sed nec per Philosophiam, nec per aliam sectam expulsus est diabolus in Idolis loquens, vt per Valerium lib. 1. suæ Historię, & per Hyerem. cap. 1. & Ezech. cap. 23. sed tantum ad promulgationem doctrinæ Catholicæ expulsa est Idolatria, iuxta testimonium Christi dicentis Ioan. 12. nunc Princeps huius mundi eicietur foras, & Luc. 11. in illis verbis cum fortis ar-

matus

matus cuſtodit atrium ſuum, , cum vero fortior illo &c. quod adimpletum videmus, in fere toto vniuerſo, vt in ſermone 8. de Paſſione Domini ſcripto à B. Leone legitur, igitur doctrina Catholica eſt à Deo reuelata.

Quinto eadem reuelatio probatur tali pacto illa doctrina eſt à Deo reuelata, quæ ſtabilis eſt per tot ſecula contra illam impugnantem iuxta Iſa. cap. 54. dicentem omne vas, quod fictum eſt contra te non diligetur, & omnem linguam reſiſtentem ſibi iudicabis, & iuxta Actuum Apoſt. cap. 5. vbi ait gamaliel, ſi hoc opus eſt ex hominibus diſſoluitur, ſi vero ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere, cui omnes conſenſerunt, & propterea falſæ ſectæ diu nõ permanſerunt, vt patet in doctrina Hæreticorum, & præcipuè in falſa Romanorum religione, vt. n. ait S. Leo ſermone primo in nat. Apoſt. Petri, & Pauli, Roma ignorans ſuæ Prouectionis auctorem, cum penè omnibus dominaretur gentibus omnium gentium ſeruiebat erroribus, & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem. Vnde quanto erat per Diabolum tenacius alligata, tanto per Christum eſt mirabilius abſoluta, ſed doctrina Catholica perſeuerauit per mille, & ſexcentos, & 29. Annos, & amplexa eſt à 243 Pontificibus Romanis, vſq; ad Vrbanum octauum, qui in

præsenti regnat, ac omnes eius hostes vicit armis spiritualibus, iuxta quod à Christo fuit prædictum Math. 16. Porte Inferi non preualebunt aduersus eam, & olim Prophetatum est à Ierem. cap. 33. si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum irritũ esse poterit cum Dauid seruo meo, sed hoc vaticinium non verificatur, nisi de doctrina Catholica reuelata à Christo descendente à Dauid, igitur doctrina Catholica fuit à Deo reuelata, nec dici potest illam perseuerasse, vel per potentiam regum, vel prædicationẽ voluptatum huius seculi, aut per humanam prudentiam, quia per 300. Annos fidem Christi Reges non sunt amplexi, sed Apostoli, ac eius discipuli sine exercitu vincerũt hostes huius Catholicæ fidei prædicando abstinentiam à voluptatibus huius seculi, idq, cum non essent instructi in humana pruoentia, vt ait Apost. primo cor. primo, quod non verificatur in sectis falsis, quę per breue tempus perseuerant per potentiam Principum, per huius seculi indulgentem voluptatibus prædicationem, & secundum humanam prudentiam.

Sexto eadẽ reuelatio suadetur tali pacto, quod à tantis Doctoribus Ecclesiæ in concilijs vniuersalibus declaratur esse reuelatum à Deo non potest esse fictũ ab hominibus, & à Deo

non

non reuelatum, vbi .n. fuerint duo, vel tres congregati in nomine Dei in medio illorum est Deus assistens ne errent, quando à Pontifice maximo fuerunt congregati, sed quamplures Doctores Ecclesiæ eximij ingenij congregati in nomine Domini auctoritate Summi Pontificis in Concilijs Generalibus decreuerunt Sacram scripturam veteris, & noui testamenti esse à Deo reuelatam, vt patet nouissimè in Conc. Trid. sess. 4. Sacra igitur scriptura est à Deo reuelata.

Ex his patet esse progressum à posteriori in hac prima illatione Sacra scriptura est proposita ab Ecclesia, vt reuelata à Deo, ergo verè est à Deo reuelata, hic .n. progressus est à posteriori, ab effectu noto ad causam ignotam, Ecclesia .n. proponens Sacram scripturam, vt à Deo reuelatam, est effectus notus reuelationis diuinę, quæ est causa ignota. Deinde per sex illas probationes paulo ante adductas, & alias breuitatis gratia prætermissa, magis notum factum est, Sacram scripturam esse à Deo reuelatam, quam fuerit notum Ecclesiam non posse errare. Vnde fit regressus à reuelatione diuina magis nota ad infallibilitatem Ecclesiæ ex eo quod reperitur in Sacra scriptura Ecclesiam cum sit colunna, & veritatis firmamentum, non posse errare in proponendo Sacram scripturam re-

uelatam à Deo. Et sic si queratur quare credis Ecclesiam non posse errare; Respondetur, quia in Sacra scriptura dicitur Ecclesiam esse columnam, & firmamentum veritatis, in quo quidem regressu in Ecclesia non potest esse error, quia Sacra scriptura est reuelata à Deo fit resolutio vltima ad Dei reuelatione fit igitur, tam in progressu primo, quàm in regressu, resolutio, seu responsio vltima fit ad Deum reuelantem; & hoc regressu vtitur Aristotiles in 8. Phisicorum ex motu. n. solis noto argumentatur esse primum motorem, deinde probat primum motorem esse omnino immobilem, esse incorporeu m, esse actum purum, & postea à primo motore tanquam à magis moto, probat motum solis esse, vniformem, seu regularem, qui regressus non est circulus improbatus ab Arist. lib. primo post cap. 3. in prædicto enim primo argumēto ab effectu argumentatur causa confusa, deinde distintè cognoscitur causa, & à causa distintè cognita regreditur ad probandum effectus qualitatem, vt fecit Aristotiles, dum probauit ex incorporitate Dei, motum vniformem solis, & ita Ecclesia ex sui propositione Sacræ scripturæ probat confusè reuelationem diuinam, deinde distintè cognita reuelatione diuina per miracula per profetias; per continuas successiones Pontificum probat Eccle-

siam non posse errare sic hanc qualitatem deducens in Sacra scriptura dicitur Ecclesiā non posse errare, igitur non potest errare, deinde hoc quod Ecclesia non potest errare, probat per reuelationē diuinam in sacra scriptura dicentem Ecclesiam non posse errare; tam ergo in primo progratu, quàm in regressu, vltima resolutio fit ad reuelationem diuinam primam veritatem Sectæ autem falsæ nō possunt, vti regressu, sed tantum circulo, si .n. queramus V. grā Mahumettano cur credat Mahumetto, respondet quia in alcorano dicitur credendum esse Mahumetto, nec habēt Mahumettani miracula, Profetias, Doctorū auctoritates, ac alia, quibus probari possit Mahumetem esse hominem à Deo missum, & per consequens ex alcorano composito à Mahumete non potest probari, neq; Moschetam, neq; alcoranum non posse errare, & sic est circulus in ꝓbatus ab Arist. & rationabiliter quidē, quia omnis probatio legitima debet fieri à noto ad ignotum, sed in regressu, Mahumettani non possunt probare tamquā à magis noto, neq; alcoranum, neq; eorum Moscheram non posse errare, cum non probauerint Mahumetem esse à Deo Missum ad proponendum alcoranum, vt librum Diuinū, igitur Mahumettani, & ceteræ Settæ carentes miraculis Prophetijs, ac alijs prærogati-

uis, quibus pollet Ecclesia Catholica, vtitur circulo in quo probatur idem per idem, & fit progressus à noto ad ignotum, & ab illo ignoto ad qualitatem ignotam antecedetis, à quo fuit factus primus progressus, & sic in Ecclesia Catholica non est circulus, sed regressus, & in ceteris Sectis, quæ sunt falsæ fit circulus, & per consequens earum doctrina non est vera, & per consequens non est diuina, & sic non est defendenda à Principe, Doctrina vero Catholica, vt diuina est vera, & sic à Principe est defendenda, sic vult à Deo non puniri, sed protegi, & hæc dixi prætermissis modis respondendi Sco. in 3. di. 23. contra si fides & §. aliter potest poni, & Michaelis med. de recta in Deum fide li. 5. c. 11. Bann. 2. 2. q. 1. a. 1. du. 4. con. 4. & aliorum.

DE PRVDENTIA TOGATA PRINCIPIS in rebus humanis.

IN rebus humanis versatur Principis Prudentia, quæ nihil aliud est, quam peritia gibernandi in externis tranquillè, & firmiter, tunc autem prudenter regnabit Princeps,
1 quando perfectè cognoscit naturam Populi, & naturam Regni, oportet. n. cognoscere naturã populi proprij, cui preest Princeps, nec non naturam Populi finitimi cum quibus sedera,

dera, & alia occurrunt, & tandem natura vniuersi Populi, quoniam affectus sunt communes in omnibus gẽtibus, quos nosse oportet Princeps, alias non rectè imperabit, ex cognitione enim Populi Princeps cogitabit, quod erit Populo iucundum, & vtile iuxta dictum à Cornelio tacito relatum cogita, quod sub alio Principe, aut nolueris, aut volueris, & sic cogitãdo omnia rectè diriget Princeps, & vitam ex eo iucundissimum, simul, & tutissimam ducet. Hæc autem cognitio ad discenda est à præcuntatione, ab vsu, & à libris à libris quidem in quibus legitur omne vulgus esse istabile, & sic nihil facilius esse, quàm mutare Populum in quemlibet affectum. Legitur insuper omne vulgus esse iudicij, atq; veritatis expertem, & ideo ex opinione multa deiudicat, & ex veritate pauca cognoscit. Et propterea solitis adulationibus instruitur, vel à pluribus, vel ab eo quem prudentiorem iudicat. Est insuper Populus natura inuidus, & propterea infirmiori fauet. Est etiam pronus ad suspictiones, nimisq; credulus, & ad noua accipienda inclinatus, audita auget, & sic pauet, feruidisq; fauet. Quidquid modestum est apud eũ ignaniæ speciem habet, & ideo vincit pars maioris animi, quàm maioris Consilij, & gratia stolidi, quam secunda gratia vecordis. Negligit insuper Populus rem publi-

tam nimia magnitudine, cuiq; de Populo est priuata simulatio verbis insuper est ferox, sed nihil ultra verba nimius est sæpe metu. Insuper natura multitudinis est aut superbè dominari, aut humiliter seruire cū vulgo nihil est modicum, & hæc quoad naturā Populi à Principe cognoscendam ad hoc, vt bene regat. Quo vero ad naturam regni cognoscendam à Principe ad hoc, vt bene regat dicendum est, tum communiter, tum distinctè esse regni naturam cognoscendam, communiter quidem, omne regnum esse fluctuans, & instabile, & sic fortunæ subijcitur, ita tamē, vt Principis Maiestas difficilius à summo fastigio ad medium detrahitur, quam à medijs ad ima præcipitatur. Deicitur etiam regnum odijs, & huius odij causa est si quid alijs non licet, & alicui liceat, & ex eo quod ad recta non vult flecti Principis tumor. Altera causa ruinæ regni est natura ipsius regni, quia nemo alteri volens concedit Imperiū, ideoq; regnum insidijs est obnoxium, nec regna socium ferre sciunt, vt testatur Roma tempore Remuli, & Romoli, & adeo hoc verum est, vt displiceant regnantibus etiam ciuilia filiorum ingenia, & suspectus semper, in visusq; dominantibus est quisquis proximus destinaur, & hæc quoad cognitionem communē. Distinctè autem Princeps cognoscere debet quan-

quantum,& quale sit suum regnum, similiter quanta,& qualis sit sua potentia,ex horum .n. consideratione variè oriuntur resolutiones. Qualitas etiam est consideranda, an scilicet regnum sit vetus,vel nouum, hæreditate delatum, an suffragio traditum secundū leges,an vero sit bello acquisitum, horum .n. consideratione temperandum, vel non temperandum est regimē,& hisce frontibus Præcepta tradenda sunt, vt de quibusdam insulis ait D.Th.li.3. de Regim. Princ. c. 11. & c.7. quæ non nisi regimine disposito regendæ sūt, propter malitiam, & ideo non sunt mutandę leges conuenientes vni Regno sine certa, & necessaria causa, vt per D. Th. prima 2.q. 97.a.2.& latè Suar.li.6.c.25.de leg.nu.4.maximè circa aduocatorum reprobationem, vt per D.Th.2.2.q.71.a.2.

PRAECEPTA AD TEMPERANDVM vel non ad temperandum Regimen.

HAEC præcepta duplicia sunt,quædam.n. sunt ad firmandum Regnum, quædā sūt circa quæ sūt euitanda, ne lædatur Regnum: duo sunt, quę firmant Regnum vis, & virtus
1 Principis;& è contra Duo sunt,quę Regnum infirmant vis,vt Principis vitium, per vim in ordine ad firmandum Regnum intelligitur

Prin-

Principis præsidium, quod vtiliter adhibet ad se, & sui Regni tu tamen, idq; per milites custodientes, siue sint ordinarij, siue extraordinarij, nec non per munimenta, vt sunt pecunia, & arces. Quo vero ad virtutem Principis quo firmatur Regnum dico esse laudabilem, vtilemq; affectum Regni de Rege, & in Regem. Nam cum duplex sit virtus Principis beneuolentia, & auctoritas, vtraq; nasci debet à Rege, & per Regem, sed sedem habet in animis Populi, atq; illa in Principem affectus est, & hinc oritur in Principẽ, eiusq; statũ prompta subditorum inclinatio, & amor, quæ omnia beneuolentia dicuntur, quæ necessaria est ad Principis regimen secundum .n. Platonem, ab eo, quod placeas hominibus actionum efficacia est. Hæc autem beneuolentia Regni in Principem comparatur lenitate, beneficentia, & indulgentia: lenitate primum in se verbis, factisq; benignus: comitate. & alijsq; officia prouocas, ita tamen, vt honor sit incorruptus in Principe. Comparatur etiam beneuolentia Regni in Regem, lenitate regiminis illiusq; tranquillitate, ita ut subditi pareant potius, quam seruiant, sic .n. dicitur potentia mediocriter exercita omnia quesita conseruat. E conuerso vero, qui passim in omnes potentia abutitur. Is neq; veram beneuolentiam, neq; firmam securitatẽ

inuenit.

inuenit. Non sufficit lenitas ad comparandā beneuolentiam, sed requiritur insuper beneficentia, nam ea beneuolentia comparatur; & melius beneficijs regimen custoditur, quā armis. idq; melius faciendum est in nouo regimine, cum iuditio tamen, vt scilicet benemeritis præmia, alijsq; vero exempla, sed cum modo etiam, alias si omnibus, & si passim nō erit finis exercendæ beneficentiæ, imo sequeretur, quod in alienis bonis manus ponere cogeretur Princeps dissipato Principis Patrimonio, & sic maius odium assequeretur, quam beneuolentiam. Indulgentia insuper necessaria est ad cōparandā beneuolentiam Regni in Principem, per Indulgētiam autem intelligo relaxationem aliquam penarum, dum modo illa fiat sine morum corruptela, idq; fiat lentè. Similiter intelligo per Indulgentiam victus abundantiam, ne acri annona Populus fatigetur, per Indulgentiam etiam intelligo licentiam in ludis sine tamen dissolutione, ne detur locus lasciuiæ ex qua sequitur Regni interitus; quod .n. saluum pōtest esse moribus deperditis? non sufficit autem ad firmandum Regnum virtus Principis supra explicata in beneuolentia consistens, verum etiam requiritur auctoritas Principis, quæ est reuerentia de Rege, & suo statu impressa subditis, imo exteris, quæ costat ad-

mira-

miratione, & metu, & triplici via comparatur ex forma regiminis, ex potentia Principis, & ex eiusdem Principis moribus. Ex forma quidem regiminis, in qua tria requiruntur forma regiminis sit seuera, vt sit etiam costãs, & non fluctuans, & tandem, vt sit adstricta, seuera quidem, quia assidua lenitas cõtemptum inducit, & sit sequitur Principatus pestis, & licentia peccandi.

Seueritate temen cum intermissione, vtendum est, nam Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum, & propterea pena instar tonitrui ad paucos, metus vera ad omnes peruenire debet. Forma insuper regiminis debet esse costans nam ea, quæ in suo statu, eademq; manent, & si deteriora sint, tamen vtiliora sunt Reipublicæ quisq; per innouationem, vel meliora inducitur, non .n. conualescit planta, quæ sæpius transfertur, Princepsq; vilescit, qui sic vacillat fædaq; incostantia, quæ iusserat, vetat, & quæ vetuerat iubet, si tamen sit summa vtilitas, vel summa necessitas, secus dicendum erit, & tunc etiã leniter mutandum erit, vt quam minimo sonitu orbis ille in republica vertetur, idemq; lente, vt non simul, sed quædam ex tempore disponens, quædam in tempus differens: Adstricta tandem debet esse forma regiminis, quia maxima rerum Princeps ipse agere de-

bet,

et,alias cuncta ad Senatum reuocando vis
egiminis resoluitur, & omnibus innotescē-
m est,te esse à quo pendeant omnes, cum
communis Ciuitatis custodia neminem
im magnum facere negotium, quod si fa-
m sit corrigendum erit, non tamen simul
nem potestatem tollendo. Non sufficit
nitio distincta Regni ad bene regendum,
etiam requiritur cognitio distincta potē-
egentis, Ex potentia.n. regentis oritur
oritas, & est hæc potentia facultas rerū
earum ad sua conseruanda,& ad aliena
bita obtinenda, Et hæc potentia acqui-
ex quinq;ex opibus,armis,consiliis, fœ-
& Dei beneplacito, ex opibus, quia
is Regiminis est pecunia, ex armis, sine
s nulla magna Ciuitas quiescere potest,
i foris hostem non habet, domi inue-
onsilijs,quia arma Consilijs sunt tem-
da,& sic firmanda sunt prius acquisita,
ad alia, quæ iusta prætenduntur erit
ndum,aliàs si exierit bellum ad extra,
q; securitate,& in hoc testudo dat ti-
plum,quæ vbi collecta in suum tegu-
tut a ad omnes ictus est, at vbi exie-
esq;aliquas comodocunq;nudauerit,
im, atq; periclitantem vitam habet.
nt igitur,qui contrarium exequuntur,
tiam te iungere equum est, cum ijs,

qui

qui multum valent potentia, & territorio tibi proximus est, nam infirmis, & miseris te fœdere iungere nulla vtilitas est. Cum dissentiunt inter se vicini, qui sine te vinci non possunt, nec vincere, tunc palam cum omnibus societatem habeas, sed ad alterũ occultè
a oportet inclinare, nam si abstineas ab occulta inclinatione, & fide, & spectans exitum, eris certò victoris præda, Inclinandum tamẽ est in causa dispari in fauorem, qui maiori ratione vtitur, in causa vero ambigua, vbi sunt rationes æquales pro vtraq; parte, tunc inclinandum erit secretè in fortiorem, nisi alia oportunitas, aut vtilitas interueniat, & tandem consideranda est Dei voluntas, à Deo .n. exercitus Principis victoria descendit, quæ Dei voluntas est maxima ratio mouens ad inclinandum potius in vnũ, quam ad aliũ, quod si secus factum erit maxima orietur pernicies, non .n. potest esse quidquam bonũ diuturnum, cui non subsit ratio exequendi voluntatem Dei. Tertia via ad comparandam auctoritatem Principis est ex moribus internis, & externis ipsius Principis, externis quoad corpus, internis quoad animam circa omnes virtutes, & præcipuè circa religionẽ, & prouidentiam, religio .n. facit Principem esse Dei immitatorẽ, & propterea oportet, vt Princeps habeat curam rerum diuinarum

oportet

portet insuper, vt habeat prouidentiam or-
inando media ad finem futurum, ad quam
præiudicatium, vt docet D. Thomas prima
arte q. 22. ar. primo deseruiunt memoria
æteritorum, & præsentium intelligentia, ex
æteritis .n. memoratis, & præsentibus in-
llectis coniectamur de futuris præuidendis
tio autem quare oportet, vt Princeps ha-
at prouidentiam ad comparandam eius
ctoritatem est, quia prouidentia illabitur
subditorum animis velata admirationis
le, vt diximus ad comparandam authori-
em requiri mores etiam externos Princi-
consistentes, ingressu composito, in gra-
ite sermonis, in flexu ad seueritatem, non
ien ad minas; ita vt qui audiunt, non me-
it, sed magis reuereantur. Insuper affert
cipi dignitatem habitatio in loco splen-
, & hæc quoad ea, quæ iuuant Principi ad
regendum.

E SVNT NOXIA PRINCIPI ad bonum regimen.

ium quod noxium est Principi ad bene
gendum est vis, seu molitio vnius, plu-
iè in Principem, aut eius regnum, moli-
xi, siue sit publica, vt factio, seditio, &
n, siue sit occulta, vt insidiæ, & perdi-

 tiones

tiones, insidiæ fit custodibus, perditio fit munitionibus, hæc autem quando sunt occulta, sunt plena maiori periculo. Aduersus quæ oportet Principem se munire, indignatione, punitione, innocentia, & precibus apud Deũ; Indignatione quidem, vt cum conatur Princeps, ne seipsum lateat quid quisq; subditorũ faciat, aut dicat, legem ferat promittendo premia denuntiantibus insidias, & perditiones, verum in delationibus acceptis oportet, vt Princeps præbeat aures, sed non fidem, nã multi spe, vel odio vana deferunt. Oportet insuper Principiem punitione se munire, cum compertus fuerit insidiator, aut perditor, ex cuius pœna proueniet omnium salus; ita tamen id faciendum est, vt securitati prius cõsulat Princeps, quàm pœnę, & si tuto id fieri possit venia concedenda est aliquibus, ne iterum timore pœnæ insidientur Principi, vel eius successores. Muniendus est etiam Princeps aduersus occultas insidias innocentia, quia ipsa est fidissima Principis custodia. Tandem muniendus est Princeps aduersus occultas insidias precibus, & sacrificijs Deo optimo maximo porrectis, nã si Deus nolit Principis perditionem, certo erit salus, & hæc quoad insidias. Quo vero ad perditionem munitionem eadem dico, quæ dixi circa insidias vitandas. Secundum quod noxium est

vitium

vitium Regi, est odium subditorum, & eorum contemptus in Principem, & eius statum, ex quibus oritur pertinax maleuolentia, quæ ex metu, & vindicta etiam oritur: fugiendum est ergo à Principe subditorum odium per fugã rium vitiorum, ipsorumq; opinionem, quibus odium paratur, quorum primũ est seuitia, secundum est auaritia, Tertium est rigor, qui contrariatur beneuolentiæ; vitiorũ opinionem fugiet Princeps, administrando periè supplicia, tributa moderata percipiens, & admiscendo æquitatem cum rigore. Et propterea prouidendum est in supplicijs, vt tarè ad ea deueniatur, & vt ad ea non deueniatur nisi quoties id fieri publica vtilitas suadebit, & referendo supplicia ad exemplum, non ad vindictam. Insuper abstinendo se à studio ob secuta supplicia, necnon vt pœnæ it minores, quam par est. Aequalitas insuper est seruanda, ne partialitas videatur exerta in puniendo, quæ quidẽ supplicia à Principe sunt imperanda, sed non inspicienda. Et propterea pœnarum inflictio alijs est à Principe deleganda, præmiorum autem largitio ipso Principe est facienda, verum vbi citra ande odium supplicium infligi non potest, ac vno supplicio omnes tollendi sunt, nam ex tita vindicta paucorum odium reprimitur, omnium autem vindicta irritat odium. Sed

E 2 prius

prius in alios beneficia sunt cōferenda à Principe, vt suam leuitatem confiteantur illi, Deinde puniendo atrocius noxios rerum ministros, placabitur vulgus, & hæc, Ad fugiendum odium non solum Princeps oportet, vt seuitiam fugiat, verum etiā necesse est, vt ab auaritia se abstineat in exigendis tributis, improportionatis viribus Populi, & necessitatibus ipsius Principis. Nam ex illis plus odij sibi Princeps, quam virium consequitur: quod quidem odium ex quinq; debilitatur. Primò ex necessitate Principis, vt omnis Populus intelligat, quod si salutem à Principe consequendam velit, quod tributum est soluendū sic.n. subditi sentientes eorum salutem, libenter soluum Principi tributum cum amicabilia, quæ sunt ad aliud oriumq; ex amicabilibus, quę sunt ad se, vt docet Aristi. quod præceptum est radix ad persuadendum spiritualia, iuxta illud, si vis ad vitam ingredi, serua mandata secundo, vt tributum sit moderatum secūdum rerum qualitates, ne Princeps efficiat, vt hortolanus, qui odio habetur ex eo quod à radice olera excidat, & ad hanc moderationem confert, quod tributa non sint crebra. Tertio si siue ministrorum auaritia, & crudelitate exigantur, nempè sine fraude, & vi, vnde fidelissimis concedenda est tributi exactio, quod si ministri fallant in exigēdo

lo oportet, vt Princeps ammoueat, eosq; pu-
iat. Quarto mollitur odium ex tributis or-
am, si Principis, impensę sobriæ fuerint. Vl-
mo odium ex tributis modificatur, si tribu-
exactio erit vniformis, ex inequalitate .n.
lutionis tributi partialitas oritur, & ex par
alitate odium crescit. Et hæc tributa diffe-
nt à donatiuo, quod à Regno Neapolitano
iibuslibet duobus annis fit à Regno inui-
ssimo suo Regi; quia tributa sunt actus iu-
tiæ, at donatiuum est actus liberalitatis, vt
ra patebit in 3. lib. de regimine Principis
Comitijs. Non solum autem ad fugien-
n auaritiam oportet temperare tributa,
um etiam oportet mollire pœnas, quæ à
istis dicuntur mulctę impositæ contra lu-
, & contra immoderatos mores, vt cōtra
dinem, ebrietatem, otium, iurgia, periuria,
quidquid modestia, & probitas damnat,
tra luxum quidem nempè contra immen-
impensam; ita vt prodigelitas exercea-
, quæ consistit insuper fluis domus orna-
itis, seruis, in superfluis conuiuijs, & vesti-
Hæc autem pœna pecuniaria, quæ mul-
dicitur triplici obseruatione tēperatur;
io si Princeps aliquando fuerit sub illa
na, ad quam alios format, quoad mores,
xus. Secundo si non omnia simul emen-
, sed palatim. Tertio si pecuniam exactā

 à con-

à contrauenientibus diuidet Princeps in opera pia, vt Episcopis præcepit Conc. Trid. sess. 25. cap. 14. de reformatione. Hæc tria per agendo minuet Princeps odium; nam omnino tolli non potest, cum libertas omnibus sit cara; eruntq; semper aliqui, qui oderint; sed odia, qui nimium timet, regnare nescit; & Principis est audire mala, cum faciat benè, satis. n. est si hoc habamus, ne quis nobis malè facere possit. Alterum vitium ad euertendum Regnum, est contemptus: qui contemptus est vilis, & abiecta opinio imprexa, siue in subditis, siue in extraneis, & eius statu. Et hic contemptus est regiminis mors; quia eius contrarium, nempè auctoritas Principis est regiminis vita. Fit autem contemptus in Principem ex tribus primo à forma Imperij, secundo ex moribus, vltimo ex volũtate Dei Principem sępæ punientis. A forma quidem Imperij, si fuerit illa iusto lenior, & remissior, vt par est, & peccant illi Principes in hoc dãtes facultatem, faciendi quod cuiq; visum est; sicut. n. malum est Principem habere sub quo nihil vlli liceat, ita malum est eum habere sub quo omnia omnibus licet; Hæc. n. leuitas parit contemptum, parit etiam contemptum ex forma Imperij, si Princeps fuerit ingenio mobilis, vel subitis offensis, subitisq; blanditijs, vel leui auditu, quæcunq; magna trans-

mittat,

mittat, vel præsentibus fruatur, nec in longius consulatur. Parit etiam ex forma Imperij contemptum, si honores nō seruando iustitiam distributiuam diffusè diuidat nulla habita consideratione ad merita, & hęc quoad contemptum ortum ex forma imperij. Ex moribus autem Principis etiam oritur contemptus, quia mali Principis mores efficiunt Principem despicabilem, & multas opportunitates præbet insidiantibus. Tandem oritur contemptus in Principem à iusta, seu occulta Dei voluntate, cum sępe sæpius Principi aduersa eueniant, ruente .n. quercu, quiuis ligna colligit, & hæc de prudentia togata, de prudentia vero militari nihil agendum putaui, cùm ab habitu meo sit aliena; sed de hac legendi sunt DD. de re militari agentes, quemadmodum fecit D. Thom. 22. q. 40. ar. 3. remittens se libris stratagematum frascarū, ex quibus probat inter cœtera documenta rei militaris præcipuum esse occultare consilia.

✝ RVM FRAVS SIT MISCENDA in Prudentia, tam militari, quam Togata.

AD tituli intelligentiam sciendum est triplicem apud politicos esse fraudem, quæ-dam est leuis quædam est media. Tertia magna.

gna. Leuis fraus est, quæ videtur à virtute
1 abesse, malitiæ rore apparenter aspersa, in
quo genere est diffidentia, & dissimulatio.
Media fraus est quæ ab eadem virtute flectit
longè, & ad vitij confinia venit, in quo genere ponitur deceptio, maxima fraus est illa, in
qua non à virtute solum, sed etiam à legibus
recedit ob suam malitiam, vti sunt perfidia,
iniustitia, & periuria. Huius diuisionis ratio
sumitur ex fraudis definitione, est .n. secundũ
politicos fraus argutum consilium à virtute
aut legibus deuium, siue Regis, siue Regni sal
tem apparenter, cum ergo deuiari à virtute,
& legibus contingat apparenter, mediocriter, & maximè. Propterea triplex est fraus.
His præcognitis sit prima Conclusio, leuis fraus
potest adhiberi, expedit .n. Principem tardum
2 esse in fide humana teste Salomone dicente:
Qui nimis credit, leuis est corde, & per consequens omnia debet cauere, & nihil credere, nisi ijs quorum longe vsu cognita sit Principi fides, omnibus tamen frõte, & vultu credas, quibus simulatio sustinetur. Cauendum
.n. est, ne diffidere videatur Princeps; Et Propterea ortum est Prouerbium, qui nescit dissimulare, nescit regnare, Aptè tamen id agendum est in his scilicet rebus, quæ non sunt
omnino prospicua, alias apparebit fatuus
dissimulans in rebus, quę ante pedes oculosq;

sunt

sunt; quæ quidem simulatio non est de via à virtute, quia etiam Dominus noster Iesus Christus finxit lōgius ire Luc. 24. debet tamen aliquam virtutem continere, vt per D. Th. 22. q. 111. a. 1. in respōsione ad primā, & hoc pacto sicut vinum temperatum aquæ Stilla non desinet, esse vinum, ita Prudentia ad mixta simulatione, non desinit esse prudentia. Secunda Conclusio Deceptio, quæ est inductio alicuius in commoda propria inducentis contra inductum errore, aut mendacio obiecto, siue cum muneribus, siue cum obsequijs, vel alijs medijs non est aliquo pacto licita, nec expediens Principi, non est quidem licita, quia adest mendacium, & per consequens est prohibitum, quia malum, abominatio. n. est omnibus illusor. prouerb. 3. & Eccles. 7. ubi dicitur ne velis vti mendatio vllo, & prouerb. 17. dicitur. Non decet Principem labiū mentiens, & Agust. Epis. 8. mentiri non licet, nec pro Dei laude, neq; est Principi vtilis hæc ausus, nam mentiente Principe, Princeps à eo perditur, dicēte Regio Salmista perdes omnes, qui loquntur mendacium, idq; patet ex eo, quod legitur in 2. Regum c. 24. vbi David numerans Regnum ad cognoscendam suam potentiam, fuit pestē sui Regni punitus, quoniam numerationem illam fecit contra Dei voluntatem, vt testatur testatus in

loco

loco illo, igitur Princeps mentiens pro regi-
mine peccat, & quod mendacium pro-
hibitum est à Deo, & quamuis Iustus Lipsius
to. 2. cap. vltimo libri quarti Politicæ permit-
tat hanc fraudem, & dicat decipere pro mo-
bilibus temporum, prudentia est exemplo ve-
neni laudabiliter medicamentis admisti ob
salutem, non tamen, nec Iusti Lipsij auctoritas
præualet auctoritati Sacræ Scripturæ, & Diui
Augustini, nec veneni exemplum est æquale
admistioni fraudis continentis deceptionem,
quia admistio veneni non est in se mala, de-
ceptio autem propter regimen est in se in-
4 trinsecè mala. Tertia Conclusio perfidia, seu
periurium non est expediens Principi, iratū
n. facit Deum, cuius periurio eluditur numē,
quacunq; n. arte verborum quis iuret, Deus
qui conscientiæ testis est, sic illud accipit (te-
ste Isidoro lib. 2. de summo bono) sicut ille,
5 cui iuratur intelligit. Quarta Conclusio in iu-
stitia circa iura, & leges non est licita Princi-
pis, Deus n. auersatur omnem iniustitiam,
Deut. 25. & Eccles. c. 10. vbi dicitur Regnum
à Gente in gentem transferetur propter in-
iustitiam, quæ conclusiones deducuntur à
D. Thoma 2. 2. q. 40. ar. 3. Ex his patet Princi-
pis regimen in probitate, & prudentia consi-
stere si vult in præsenti vita tranquillè cum
suis subditis viuere, & æternam felicitatem

conse-

onsequi cum Dei auxilio de Regimine autē
ıccessoris in Principatu legatur Ioānes Tor
:s in Philosophia morali Principis, & hæc
reuiter dicta sint de Regimine Principis ex-
a Comitia. De regimine autem Principis in
omitijs dicenda sunt in sequenti libro.

E PRINCIPIS PRVDENTIA
circa necessaria ad Populi victum.

Ictualium copia est necessaria hominum
multitudini, sicut. n. natus infans non po-
st ali, nec ad incrementum produci, sine nu-
cis lacte; sic Ciuitas sine ciborum abun-
ntia Populi frequentiam habere non po-
t. Quæ quidem abundantia duobus com-
satur modis primo ex loci fertilitate abū-
omnia, quæ ad humanæ vitæ necessitatem
juiruntur producentis. Secundo per Mer-
:orum vsum ex quo vitæ necessaria ex di-
sis adducuntur partibus. Vigilare igitur
et Princeps; vt territorij culturæ rustici
ent secundum. n. Aristotilis doctrinam,
ım sequitur D. Th. lib. 2. c. 3. de Regimine
ıcipum vtilius est Reipublicæ, vt Populus
ra Ciuitatem exerceatur, quàm quòd in-
Ciuitatis Mœnia iugiter commoretur, sic
Ciuitati victualium copia ex proprijs agris
niet. Vigilare insuper debet Princeps, vt
Mer-

Mercatores non extrahant de Regno, nisi
2 ea, quæ abundant in suo Regno, si .n. tractæ concederentur pro ijs, quæ sunt necessaria abundantiæ Regni, vtiq; Regnum famæ periret, & si nullo pacto concederentur tractæ de superfluis Regni, sequeretur multis dannosam fore copiam, superfluis.n. ad alia loca non translatis à Mercatoribus, sequeretur expensas factas in fructum recollectione esse maiores commoditate perueniente ex fructuum venditione contra legem Mediterraneę Cod. de annonis lib. 10. vbi glosa, & DD. nam excendentibus expensis prætium venditionis fructuum, agrorũ cultores in paupertatem inciderent, & sic camporum culturæ intendere non possent. Debet insuper Princeps vigilare ne Monupolij vitium, aut men-
3 surarum falsitas exercentur, vel fraudibus locus detur, aliàs publicum contenneretur bonum, non tamen oportet omnino à Ciuitate
4 excluere Mercatores, quia nullus locus est qui omnibus vitæ necessaria habeat ità quod non indigeat aliquibus aliũde allatis, & quod non habeat aliqua superflua per Mercatorũ opera ad alia loca transferenda; & hęc quoad Prudentiam Principis circa necessaria ad Populi victum, in quo etiam taxandum est prætium à Principe, vt per moli disp. 364. & Vicentium de Franghi dec. 9. per l. 3. §. cura
carnis

rnis ff. de aff. præf. cum alijs allegatis per
ırbosam de Potes.Episc.alleg.82.

E PRVDENTIA PRINCIPIS in rebus Diuinis.

Irca hanc Prudentiam primo inquiritur, an permittendi sint Iudei in terris Catholorum.
do, an permittendi sint Hæretici alijq; infides in Catholici Principis Territorio.
o an licitum sit bello cogere infideles ad iendum fidem Catholicam.
o an sint priuandi non Catholici Potestaquam de facto habent in Catholicos.
d primum videnda sunt duo, primum, an one ritus Iudeorum possit Princeps Caicus Iudæos tolerare in suo Territorio.
ındo an ratione vsurarum quas Iudæi cent possint similiter tolerari. Circa pri- a causam certum est probabiliorem opiem esse illam, qua dicitur sine causa non expelli Iudæos de Christianorum terri-, vt per Oldra cons.264.& cons.85.in fi. cum maxima causa fuerunt ab Hispania lsi, vt per Simac. c.35. de cat. inst. Imo diòd si adsit legitima causa potest Prin- Catholicus permittere ritus Iudæorum o territorio. Quæ quidem causa debet

esse

esse, tum in fauorem fidei Catholicæ, tum in fauorem conuersionis Iudæorum ad fidem Catholicam. Ex parte quidem fidei Catholicæ; quia per ritus Iudeorum figuratur fides Messiæ, vt per D. Agustinum lib. 18. de Ciuitate Dei c. 46. quem sequitur D. Th. 2. 2. q. 10. ar. 11. ex parte autem conuersionis Iudæorum est quia intelligentes Iudæi illorum ritus figuras Messiæ, cuius aduentus tempus iam præterijt; cum sit iam destructa Ciuitas Ierusalem iux. c. 9. Dan. conuertantur ad fidē Messiæ, vt per D. Th. loco citato, & directorium Inquisitorum 2. p. q. 46. Valent. 22. disp. 1. q. 10. punct. 7. & Suarez. tract. primo de fide disp. 18. sect. 4. n. 10. cum sequētibus Azor. tom. 1. institutionum moralium lib. 8. cap. 24. q. 4.

Non obstat, quod ex tali permissione Catholici aliquando possunt coaperari iudæismo veluti ad restitutionem Synagogæ, vel aliquid simile, quia respondetur distinguendo, aut illud in quo cooperatur Catholicus, cum Iudæo est secundum se bonum, vt est venditio cibi com
3 munis, & tunc etiam si Catholicus sciat illud deseruiendum esse ad ritum Iudaicum, tunc Catholicus non dicitur cooperari, nec directe, nec indirecte ritui Iudaico, cum non intendat illum ritum, nec eum impedire teneatur, cum à Principe toleretur ad bonum finem,

em, vt per Caietanum in d. q. 10. ar. 4. aut il-
d in quo cooperatur Catholicus Iudæo per
ordinatur ad ritum Iudaicum, vt est Syna-
oga, & tunc est cooperatio illicita, vt per
Th. 2. 2. q. 196. ar. 2. ad quartum. Vbi Caie-
nus, & in dicto ar. 4. q. 10.
obstat quod Synagoga potest deseruire ad
num vsum, nempe ad habitationem, quia
espondetur Synagogas ex institutione per
ordinari ad ritum Iudaicum per accidens
item ibi habitari. Et propterea prohibetur
structio nouæ Synagogæ, vt in cap. Iudæi,
in cap. consuluit de Iudæis, & per Azor.
n. 1. Institutionum moralium lib. 8. cap.
4. q. 14. & cap. 25. q. 12. & cap. 26. q. 8.
dem aduertendum est esse discrimen inter
ndentem gladium scientem emptorem illo
lle occidere iniustè, & inter vendentem ci-
m, vel quid simile Iudæo scientem illo vel-
Iudaizare, vendens . n. gladium in illo casu
ccat, quia agit contra iustitiam, circa pro-
num, quem tenetur etiam ex charitate de-
dere: sed in secundo casu non violatur ali-
a Iustitia, nec tenetur fidelis impedire il-
l, quod à Principe Catholico tolleratur ad
num finem, vt per Bann. 2. 2. q. 10. ar. 11. &
nchez. tom. 1. de præceptis Decalogi lib. 2.
p. 31. & Azorium tom. 1. Institutionum mo-
ium lib. 7. cap. 22.

Circa

Circa secundum vero causam sciendum est ad intelligentiam responsionis aliud esse crimen vsuræ aliud esse illud, quod ex tali crimine patratur, crimen vsuræ est voluntas capiendi
5 aliquid prætio æstimabile vi mutui vltra sortem, illud autem, quod ex tali criminè est patratum, est lucrum ex mutuo, aliud est crimen hæresis, & habet relationem ad dicentem, aliud est propositio hæretica, & consideratur in se absq; ordine ad dicentem, vt explicat etiam Couar. lib. 3. var. resol. c. 3. circa initium.

Secundo sciendum est vsuræ crimen esse prohibitum iure naturali, Diuino, & positiuo. Pri-
6 mu mprobatur, mutuans accipiens aliquid vltra sortem, aut accipit ratione sortis, aut ratione vsus sortis; si primum, facit contra naturam, nam natura sortis non est fructifera, ergo accipiens fructum ex re non fructifera contra naturam facit, si ratione vsus, & similiter facit contra naturam, quia naturaliter ex mutuo fit translatio dominij à mutuante in mutuo accipientem, ergo accipiẽs mutuo vtitur re sua, & per consequens non tenetur ad dandum aliquid mutuanti ratione vsus rei mutuatæ, sicut ex de perditione rei mutuatæ, mutuans non sentit aliquod damnum. Secundum probatur ius Diuinum consistit in veteri, & nouo testamento, sed crimẽ

vsuræ

uræ est prohibitum vtroq; testamento, er-
o est prohibitum iure diuino; probatur mi-
or quoad primum partem in Ezech. 18. &
al. 14. in quibus patet criminis vsuræ pro-
bitio à Deo facta. Nec obstat, quod Deut.
.dicatur Hebræis à Deo non fœneraberis
atri tuo, sed extraneo; quia multæ dantur
sponsiones à Cornelio à lapide in dicto cap.
à Val.2.2.disp.5.q.21.pun.1.in refutatione
gumentorum pro vsura à Couar. in d. cap.
num. 7. 3. lib. var. & à Turre Cremata in
p.vltimo 14.q.4.ver.2.respondetur iuxta
centem posse recepi à Iudæis vltra sortem
tione compensationis ab illis, qui bona Iu-
orum acceperint quos numerat Epiphan.
re.66.non longe à fine; sed ad propositum 8
spondet D. Th. 2 2.q.78.a.1. ad secundum
dæos peccare fœnerando extraneis, cum
e naturali id sit prohibitum; sed in dicto
.23.Deut. permittit impunitatem in foro
erno, vt datur impunitas occidenti vxorē
opriam in adulterio deprehensam.l. Grac-
is c.ad legem Iuliam de adulterijs, & im-
nitas in eodem foro fornicanti glosa in
bo reuocare in c.inter opera de sponsali-
;& tamen occisio est peccatum mortale
ntra præceptum Decalogi, & similiter sim-
x fornicatio, vt in c. Meretrices 32. q. 4.
n ergo vsura sit iure naturali, & Diuino

prohibita, sequitur, nec ab inimicis posse exigi ratione mutui facti in pace c. vlt. 14. q. 4. nec à Papa potest dari licentia, vt licitè exigatur vsura, vt per Couar. in d. cap. 1. num. 8. lib. 3. variarum. Quod autem vsura sit prohibita iure positiuo Canonica patet intuenti ius Canonicum in tit. de vsuris. An autem crimen vsuræ sit prohibitum de iure positiuo ciuili? videndi sunt Couar. loc. citato num. 6. & Valen. 22. disp. 5. q. 21. punct. 1. in refutatione argumentorum pro vsura.

His præmissis dico primo Summus Pontifex potest permittere Iudæis exactionem vsurarum
8 à Christianis, si adsit causa legitima, vt puta ad impediendum maius malum, nempè furta, rapinas, aliasq; oppressiones, & alia incommoda, probatur Deus in dicto cap. 23. deut. permittit vsuras Iudæis in ordine ad extraneos, vt supra ex D. Th. fuit probatũ ad euitandum maius malum; igitur idem potest efficere Summus Pontifex. Secundo probatur Summus Pontifex permittit meretrices, & vxoricidium, vt supra probatum est ad impediendum maius malum; ergo similiter ad impediendum maius malum potest permittere vsuras Iudæis in ordine ad extraneos, par. n. ratio est vtrobiq; & ita tenent Anch. cõs. 243. Ann. in c. post miserabilem de vsur. Alex. con. 1. 2. vol. & Castr. cons. 295. cum sequent.

2. vol.

vol.de quo vide Azor lib.1 inst.mor. lib.8.
23.q.13. Dico secundo esse contrauersiam
ter DD. an alij Principes Catholici possint
ne licentia Papæ permittere Iudæis exerci-
um vsurarum in suis territorijs in ordine ad
os vassallos ad bonum finem, nam Anch.in
cto cons.247. quē sequuntur Ann. & Alex.
locis citatis negatiuè respondent, quia in
post miserabilem de vsuris Summus Ponti-
x præcipit, vt Principes Catholici cogant
dæos ad restituendum vsuras Christianis,
itur Principes Catholici absq; licentia Sum
i Pontificis non possunt permittere Iudæis
actionem vsurarum à Christianis, tunc .n.
on cogunt Iudæos ad restitutionem Paul.
r. de ca, cons.397.2.vol.& Alex. sibi con-
arius cons.57. primo volumine affirmatiuè
spondent, probant quia possunt Principes
tholici absq; Papę licentia permittere Me-
rices, & vxoricidium ad euitandum Ma-
malum, vt supra fuit probatum, igitur
ri ratione idem dicendum est quoad per-
ssionem vsurarum faciendarum à Iudæis
m Catholicis, qui in vsurarum solutione
ienda Iudæis non peccant cap. debitores
iure iurando, vt latè per Iasonem in leg.1.
. lectura nu.32. de Summa Trinitate, & fi-
Catholica.
tertio pro explicatione nostræ sententiæ

nulli licere permittere Iudæis exercitium
10 vsurarum ex causa lucri, quod de vsuris participiant permittentes, probatur vsuræ sunt omni iure prohibitæ, igitur illarum participatio est illicita. Confirmatur ex dictis secundum D. Th. supra ad hoc citatum, iudei exigentes vsuras ab extraneis peccant, igitur peccant etiam Participantes de vsuris nauar rus in manuali cap. 17. num. 195. ver. respondetur; id tamen fallit si huiusmodi lucrum non sit ratione permissionis, tunc. n. non est licitum, nec sub titulo tributi, vt per Nauarrum in loco citato ver. 2. sed sit ratione concessæ habitationis in Territorio Catholicorum, vel ratione punitionis quoad vsuras incertis personis restituendas, vt per Beccanum in controuersijs lib. 5. c. 18. nu. 4.

Dico quarto permittentes Iudæis exercitium vsurarum cum Catholicis ob bonum publi-
11 cum, nō posse permittere exorbitantes vsuras, quæ excedunt lucrum moderatum secundum conditionem loci, temporis, & aliarum circumstantiarum, ius .n. ciuile permittens vsuras, illas moderatas permittit leg. eos §. super Cod. de vsuris, ergo multo magis Princeps Catholicus permittens vsuras ob bonum publicum moderatas tantumodo permittere potest.

Dico quinto nō potest Princeps secularis absq;

Papæ

æ licentia permittere Hebræis, vt exigāt
ras ab extraneis ob bonum publicum,
batur non nisi Papa potest derogare cap.
miserabilem de vsuris, igitur absq; licen-
ummi Pontificis non potest Princeps se-
ris tollerare Hebræos exigentes ab ex-
eis vsuras, sic enim tolerans non coge-
Hebræos ad vsurarum restitutionem.
ecundum non agitur nunc de cooperan-
s cum Hæreticis in hæresi, clarū est.n.id
ino prohiberi à Deo Isai.2. Est.n. hæresis
imum peccatum, ergo nullo pacto licitū
Catholico Principi concedere licentiam,
æresis committatur, esset.n. cooperari in
cato. Sed agitur tantumodo de permis-
e hæresis in territorio, vbi sunt permisti
holici, & Hæretici, de qua quæstione agit
Th.22.q. 10.ar.11.& Valent. 2. 2. disp.1.
o.punct 7.
intuitu videtur simpliciter respondendū
licere Principi Catholico tolerare hære-
s, aliosq; infideles in suo territorio, primo
hibitum est Catholicis sub pœna excom-
icationis latæ sententiæ in Bulla Cenæ
nini fauere hæreticis, sed permittere hę-
n est fauere hæreticis, igitur id non licet.
ndo Reges Hebręorum, qui olim in suis
s permittebant idolatriam, à Deo re-
endumtur, vt 3. Regum cap. vltimo, vbi
 tostatus,

tollatus, hęc igitur tollerãtia nõ placet Deo, & per consequens est illicita, vt per Farinaccium de hæresi quæst. 183. nu. 51.

His tamen non obstantibus cum distinctione respondetur iuxta D. Th. & Valentiã in locis
14 citatis dico igitur primò in tribus casibus licitum est Principi Catholico permittere hæresim in suis territorijs; quorum primus est quando per tolerantiam consequitur maius bonum; vt quando Catholici ex hæreticorũ coabitatione fiunt feruentiores in fide Catholica. expugnando hæresim, quam ex praxi Hæreticorum cognoscunt esse hęresim Deo iniursam, iuxtà illud, quod ait Apostolus primo Corinthiorum 11. oportet hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant, & ita explicat D. Augus. de vera religione cap. 8. & è contra quando hæretici exemplo Catholicorum hęresim dereliquant, vt ait Emanuel Sa. in annotatione ad caput decimum Danielis dicens Angelum velle hæbreos permanere in perfide, vt Hæbreorum exemplo gentiles ad cultum veri Dei conuerterentur. Secundus casus est quando permissio fit ad euitandum maius malum, vt quando ex non permissione hæretici præualentes alios incitarent ad opprimendum Catholicos, si. n. possunt meritrices permitti, vt in superiori quæst. probatum est, & affirmat D. August. lib. 2. de ord. c. 4. Igitur

r similiter possunt in tali casu hæretici per-
itti. Tertius casus est quando Princeps Ca-
olicus non potest impedire heresim, vt quã
o hæretici sunt Catholicis Potentiores, si-
uti fuit teste D.Tho.in d. ar. 11. in primitia
cclesia, tunc .n. potest Princeps Catholicus
ollererare hęresim, quia lex de puniendo hę-
eticos non veudicat sibi locum in casu im-
otẽtiæ, vt in simili determinat Ioannes Iac.
le Leonar. conf. 117. nu. 213. inter conf. Bru-
ni, lex. n. non obligat ad impossibile cap. erit
autem lex quarta dist. vt per Farinaccium de
hæresi quæst. 182. n. 10. prima limitatione, &
q. 183. nu. 31.

)ico secundo extra hostres casus non licet to-
lerare hæresim, probatur rationibus in prin-
5 cipio pro ratione dubitandi adductis, illæ .n.
rationes procedunt extra prædictos tres ca-
sus, in prædictis .n. tribus casibus locum non
habent; nam vt bene ait D. Th. in d. ar. 11 in
Regimin. Ecclesiæ deriuat à Regimine Dei,
sed Deus multa peccata tolerat ad bonum
finem, igitur idem potest afficere Princeps
Catholicus, de qua permissione scribit tosta-
tus 2. Paralip. c. 17.

Dico tertio in illis tribus casibus non solum
licitum est tollerare hæresim, verum etiam
16 permittere illam tollerantiam, probatur ho-
nestas, vel turpitudo permissionis prendet ex

onestate, vel turpitudine obiecti, vt inductiuè patet, sed toleratia, quæ in illis tribus tantum casibus est, habet poroiectio permissionem, quæ vti probatum est in primo dicto licita est, ergo licitum est permittere illam tollerantiam, & ratione admistionis vnius ex tribus prædictis casibus fuit permissum commercium anglorum mercatorum in hoc Regno Neapolitano cum quibusdam tamen pactis à Sede Apostolica firmatis quorum vnũ erat de veneratione Sacramenti Altaris, vel saltem non adhibendæ irreuerentiæ eidem Sanctissimo Sacramento, nec docendi hæresim, & hæc quoad secundum quęsitum.

Circa tertiam quæstionem primo inquiritur, an in Ecclesia Catholica adsit penes eius Principes potestas, & ius prædicandi fidem Catholicam vbiq; ?

Secundo an liceat eisdem Principibus Catholicis cogere non Catholicos ad audiendam fidem Catholicam?

Tertio an liceat eisdem Principibus Catholicis cogere non Catholicos, ad credendum fidei Catholicæ post eius sufficientem propositionem.

Quarto an non Catholici possint cogi ad deponendum suos errores?

Quinto an non Catholici priuari possint à Principibus Catholicis potestate, quam de facto

to tenent in Catholicos ?
to an sint beneficia conferenda non Catho-
icis, si fidem Catholicam assequantur ?
oad primum respondetur affirmatiuè quo-
d vtramq; tituli partem. Probatur prima
ars auctoritate, & ratione, auctoritate au-
ctoritate autem quia Math. 24. dicitur præ-
licabitur hoc Euangelium in vniuerso orbe,
dem Mar. vlt. & ad Coloss. 1. ratione quidem
robatur tum quia fides est omnibus neces-
aria ad salutem, ergo necessarium est, vt hęc
des possit vbiq; prædicari; cum fides sit ex
uditu ad Romanos x. & Luc. 14. tum etiam,
uia huiusmodi prędicatio est ex obiecto ho-
esta. Honestum est. n. corripere fraterna cor
eptione ignorantem obiectum spectans ad
alutem, & mores, ergo licita est hæc prædi-
atio, ergo hæc potestas est licita Ministris
cclesiæ.
obstat non Catholicos esse liberos ad au-
endum hanc prædicationem, quia Potestas
æc non tollit libertatẽ circa auditum huius
rędicationis, sicut Potestas mea ingredien-
. Domum alienam non tollit libertatem
rohibendi huiusmodi ingressum probatur
ecunda pars à D. Th. 22. q. 10. ar. 8. vbi Ca-
t. & alij. Primo quia Christus habet hoc ius
biq; prædicandi per suos ministros, ex vni-
ersali hæreditate, quam media prædicatione
per

per Ministros acquirere debebat, ergo habent Ecclesiæ Catholicæ Ministri hoc ius, antecedens probatur psalm.2. Math. vlt.2. Corint.5. Ioã.21. & in tota fere scriptura noua, & veteri. Secundò Potestas prædicandi legẽ Catholicam fuit necessaria, et probatum est in prima parte tituli; ergo vt sit efficax communicatum est à Deo ius prædicandi hanc fidem, sine.n. hoc iure non esset efficax huiusmodi Potestas. Nec obstat quod ait Salmoron tom.12. in actibus Apos. tract. 38. quod si adesset hoc ius, vtiq; non Catholici possent, cogi ad audiendum, & per consequens ad credendum fidei prædicatæ. Nullus autem potest cogi ad credendum; cum actus fidei fit per intellectum, & voluntatem, vt per D. Th.22.q.4.ar.2. ergo quis non potest cogi ad audiendum, quia respondetur aliud esse cogere ad audiendum, aliud ad credendum, primũ fieri potest, vt per D. Th. d. a. 8. tum quia ita decisum est in c.legi.23. q. 8. tum etiam quia habet Ecclesia Catholica ius prædicandi, vt probatum est, ergo impediens hanc prædicationem, Ecclesiæ facit iniuriam, ergo hæc iniuria potest armis propulsari; Concesso.n. iure prædicandi, censetur concessum esse ius cogendi ad audiendum, sine quo ius prædicãdi exerceri non potest leg.2. ff. de his quibus mandata est iurisdictio, & cap. propterea de

off.

ff. delegato, ſicut omnis Reipublica habet
ıs mittendi alteri Reipublicæ legatos pro
ace, & ius vindicandi contra impedientes
uditionem huius Pacis à legato proponen-
æ non tamen ad eſt ius cogendi ad creden-
ım, vt probat obiectio. Quod ſi quaras, an
ɔteſt impedimentum, vel ante hoc impe-
mentum adſit ius in Eccleſia vtendi armis?
ſpondetur diſcrimen eſſe inter DD. maior
in ſecundo diſt. 44. q. 2. ait hoc ius eſſe etiā
ıte impedimentum prædictum, ſic. n. præue-
t injurijs committendis à non Catholicis
ıntra Prędicatores Catholicos, Victoria,
ro relectione prima de indit. 2. parte ait
ıc ius eſſe tantum poſt impedimentum prę-
:um, exemplo Sanctorum, qui tanquā oues
ſſi ſunt primo in medio luporum Luc. 10.
:rum diſtinctione concordandi ſunt, aut ij
quos mittuntur Prædicatores ſunt fero-
s, qui ratione non vtuntur, ſed armis, vt ſūt
ırcarum Poteſtates, & tunc procedit ma-
is opinio, aut ſunt ratione vtentes, vt ſunt
rſarum Præſides, & procedit victoriæ opi-
).

l ſi adhuc quæras cui competat ius prædi-
ndi? Reſpondetur aut agitur de prædica-
one priuata, & competit omnibus idoneis,
.n. opus charitatis, & miſericordiæ, cum
icuiq; mandauit Deus de proximo ſuo Ec-
cleſia

clesiasticus 17. aut de prædicatione publica; & hæc competit ex off. Pastoribus primo Corinthiorum 9. vbi dicitur ab Apostolo si non Euangelizauero vè mihi, secundum proportionem tamen suæ potestatis, itaut Episcopi: in suis tantum Ecclesijs, & Papa in toto orbe, omnibus .n. spectat onus ampliandi fidem secundum suam mensuram, quia sic tenentur facere, & sic imitantur Imperatorem, qui tenetur Imperiũ augere, & ppterea Imperatores dicuntur Augustæ, vt per glosam in verbo Agustus in proemio institutionum. Competit etiam hoc ius Missis à Pastoribus secundo ad Coloss. 3. & ad Romanos x. Quod si quis dicat esse missum à Deo, oportet, vt per miracula hanc missionem ostendat cap. cum ex iniuncto de hæret. Potestas autem gerendi bellum contra non Catholicos impedientes prædicationem est pœnes Summũ Pontificem, ex quo superiorem nõ recognoscit, vt dicunt omnes DD. agentes de iure indicendi publicum bellum.

Quoad secundum respondetur tres esse circa hoc opiniones prima est maior. in 2. di. 44. q. 2. dicentis licere Ecclesiæ cogere non Catholicos ad audiendam fidem Catholicam, aliàs .n. fructatoriè esset datum ius illis prædicandi, sicut ex iure concesso absoluendi, datur ius cogendi ad confessionem, alias frustatorium

esset

ſlet ius abſoluendi, ſecunda eſt opinio Va-
n.tom.3.di.1.q.x p.6. circa finem negatiuè
ſpondentis, ex eo quod Chriſtus, nec ius,
c exemplum coactionis ad audiendum de-
t,ex iure autem prædicandi, infertur tantu-
odu ius pro his,qui audire volunt. Tertia
pinio eſt Ban.2.2.q.x.a. 8. diſtinguentis in-
r nō Catholicos ſubditos Principibus Ca-
olicis, vt prima opinio procedat pro ſub-
is, vt in Bulla Grego. XIII.q.2. in qua ſub
na interdicti cum Chriſtianis præcipitur
læis,vt quolibet Sabato audiat lectionem
tholicam. Tertia eius Populi pars. Se-
ıda autem opinio procedat pro non Ca-
licis non ſubditis Principibus Catholicis.
.n. adeſt carentia iuriſdictionis, in qua
lem iuriſdictione fundatur ius cogendi,
umentum autem primę opinionis circa
ındam opinionem habet locum in ſubdi-
ius enim abſoluendi, & cogendi ad con-
onem locum habet in ſubdito, argumen-
vero ſecundæ opinionis circa primam
ım habet in non ſubdito ex carentia iu-
ctionis, habens.n.iuriſdictionem poteſt,
rę ſubditum ad audiendum prædicatio-
Catholicam, tum ob ſalutem æternam
ntium,tum ob concordiam in fide inter
ſubditos. Verum ſi non ſubditi nolint,
re prædicationem Catholicam, tunc ne

ſit

fit frustatorium ius prædicādi, dicerem, quod aut est discrimen inter non Catholicos, quia aliqui volunt audire, & aliqui nolunt audire, tunc quia fit iniuria volentibus audire, si impediantur Prædicatores, locum habet coactio in Ecclesia, ad repellendum .n. iniuriam non requiritur iurisdictio: si vero nullas velit audire, tunc ne sit fructatorium ius prædicandi, potest Populus non Catholicus cogi, ad admittendum Catholicos in eorum commercium; nam in eo non requiritur iurisdictio. cum sit de iure Gentinm conuersatio inter homines, quo ingressu dato possunt Catholici prædicare volenti in priuato audire; imo ratione iniuriæ, quæ fit in negando auditum prædicationibus potest, fieri coactio, vt per Cou. in reg. peccatum p. 2. §. 10. num. 3. casu 4.

Quoad tertium respondetur tres esse opiniones prima est maior, in 2. di. 4. dicentis post sufficientem fidei propositionem posse indistinctè compelli non Catholicos ad fidei susceptionem, tum quia lucet. 14. dicitur compelle intrare, tum etiam quia non Catholici post sufficientem propositionem positiuè committunt infidelitatis peccatum, ergo possunt pro hoc puniri, cogendo illos ad fidem, & tandem quia ex hac coactione sequitur bonū saltem circa posteros compulsorū.

Se-

:unda opinio est Sco.in 4.di.4.q. 6. affirman-
:is primam opinionem veram esse in subditis
Ecclesiæ, falsam vero in non subditis ex
defectu iurisdictionis in qua fundatur coa-
tio. Probatur prima pars in c. de Iudæis di.
5.& in c. maiores §. vlt. de bapt. vbi lauda-
ur Princeps cogens ad suscipiendam fidem:
.n. potest Princeps cogere subditum, vt ser-
et legem suam, & Superioris Principis; ergo
otest cogere multo fortius, vt seruent legē
ei circa susceptionem fidei sufficiētes pro-
ositæ omnes subditos.
ia est opinio D.Th. 2.secundæ q.10. a. 8.&
, Vbi Caie. simpliciter negatiuè respondē
, quo .n. ad non subditos deficit iurisdi-
o. De his .n. qui foras sunt nihil ad nos. 1.
. 5. & Christus Matth. 10. precepit Apo-
lis, vt sine baculo, & sine gladio incederēt
prædicandum, quo vero ad subditos pro-
nt ex eo quod licet quoad tēporalia sint
iurisdictione nostra, tamen quoad spiri-
lia nequaquam, & ideo prohibetur coa-
Iudæorum subditorum ad fidem c. sicut
ıd. & hæc de coactione directa. Quo
ad indirectam censeo cum val. tom. 3.
. q. 10. p. 6. posse imponi relaxationem
uti, & exilij, si subditi conuertantur ad fi-
, tunc .n. tantumodo inducitur pia affe-
& licitum est imponere tributum subdi-
tis,

tis, & dare exilium suspectis.

Ad primam primæ opinionis dicitur, vel loqui de Hæreticis, vel de alijs conuertendis per gratiam efficacem, quæ non excludit voluntatem.

Ad secundum dicitur peccatum infidelitatis esse à Deo tantumodo puniendum.

Ad tertium dicitur experientia patere de recenti in Hispania non sequi bonum ex coactione, nec in se, nec in posteris.

Ad primum secundæ opinionis dicitur procedere in coactione indirecta tantùm.

Ad secundum dicitur illud procedere circa subditum ex commissione Superioris Principis Deus autem sibi reseruauit punitionem infidelitatis positiuæ, & hæc quoad tertium.

Quoad 4. respondetur primam opinionem esse affirmantem, non Catholicos, & non subditos posse bello à Catholicis inuadi, eo quod falsam sequantur sectam, vt tenent Host. in c. quod super his, vbi Abbas de vot. D. Ant. 3. p. tit. 22. c. 5. §. 8. Castr. de iu. hær. pu. lib. 2. c. 14. & Syl. in ver. Papa q. 7. tum auctoritate c. 10. Ecclesi. vbi dicitur Regnum à gente in gentem transferetur propter iniustitias, & auctoritatè Alex. 6. concedentis regibus. Hispaniarum insulas occidentales propter idolatriam ibi habitantium, & auctoritate Sanctorum Patrum quos citat Val. 2. 2. desp. 1.

q. 10.

.10.p.7.tū exemplo Populi Dei deu 32.tum
ſententia art.primo Pol.c.1. dicentis inſi-
ientis ſeruos eſſe ſapientis, tum ratione, ſi
1. bellum geri poteſt ad vlciſcendam pro-
riam iniuriam, ergo fortius ad vlciſcendum
iuriam Dei.

inda eſt opinio negatiua Cai.2.2.q.66.a. 8.
l ſecundam Vict.relec. de iud. p.p. Cou.in
g.peccatum p.2.§.10. Ban.2.2.q.10. a.10.
oſt D.Th.2. 2. q. 12.a.2.quia infideles ſunt
omini ſuorum bonorum.Dan.2.Matth.22.
Luc. 22. Et ita fuit deciſum in con. conſt.
ſſ.8.& in c.diſpar.23.q. 8. & ita tenent Pa-
es quos citat Val.d.p.7.ver.3. ergo ſine iu-
i cauſa extra infidelitatem non poteſt con-
a eos bellum indici ar.7.pol.c.15.cauſa au-
m iuſta,vel eſt defenſio,vel vindicta ob re-
ptam iniuriam,vt docent D.D. agentes de
llo,infidelitas autem neq;propriam defen-
nem,neq;vindictam propriæ iniuriæ reſpi-
,iniuriam autem Dei Deus ipſe vlciſcitur;
as quotidie eſſent bella ad vlciſcendum
ei iniurias.

xplicatione noſtræ ſententiæ dico primo
us non Catholicorum, qui Eccleſiæ non
nt ſubiecti licite tolerantur; De his enim,
i foris ſunt quid ad nos primo cor. 5. ritus
tem ſubiectorum poſſint etiam tolerari ad
tandum maius malum, vel ne impediatur

maius bonũ, ita.n.tolerat Deus, c. qui sincera 45.di. vt per D. Th. 2.2. q. 10. ar. 11. vbi Caiet. vbi vero hę causę cessãt, nõ sũt in subditis nõ Catholicis tolerandi, vt leg. nemo c. de paga.
Secũdo dico nõ esse licitũ Catholicis cõtra non Catholicos bellũ gerere, ex eo tantum quod
24 nõ sũt Cathol. & nõ seruãt legẽ naturę, deficit. n. iurisdictio, vnde ad 1. p prima opinione dicitur ibi describi euentũ, nõ aũt Prophetiã ex Dei pręcepto. Ad secũdũ dicitur quod ex quo ibi sũt multi Catholici, Propterea Alex. 6. decreuit esse expediens ibi esse Regem Catholicem, vu defendat fidem Catholicam iam susceptam. Ad tertium dicitur Patres loqui de his, qui iam fidem susceperunt, alias secus, vt alijs Patres asserunt pro secunda opinione citati. Ad quartum dicitur ibi ad fuisse peculiare mandatum Dei. Ad quintum dicitur Ar. non dixisse esse in capaces dominio, ingenio non pollentes, sed tantum esse consentaneum, vt seruiant. Ad sextum dicitur vindictam spectare Deo, non autem nobis iurisdictione in illis carentibus, nisi vel ratione iniurię nostrę, vt si negetur nobis iter per publicam plateã, quæ de iure gentiũ est communis, vt c. 20. num, vel ratione charitatis defendendo infantes, qui immolantur dęmoni, vt per Suar. de fide disp. 18. sec. 4. & hæc quoad quartum. Cœtera. n. videri possunt

sunt penes Azor.tom.2.inst.mor.lib.8.c. 24.
& Cou.in Reg.peccatum 2.p.§.10.
oad quintũ dicitur adsit vbi intellectũ quatri
plicem esse potestatem, prima est iurisdictio-
nis, secunda est dominij, tertia est æconomi-
a, quarta est Patria. Secundo sciendum est
d eiusdem tit.intellectum infideles posse du-
liciter priuari potestate supra fideles, primo
irectè propter solam infidelitatem, secundo
ndirectè propter alios fines, vltimo sciendũ
st infideles esse duplices quidam sunt Eccle-
æ subditi, vt sunt Iudęi, Romæ incolantes,
ij sunt infideles non subditi fidelibus, vt est
'urcarum Imperator.
præmissis dico primo Princeps infidelis nõ
bditus fideli non potest per se, & directè
riuari per Ecclesiã iurisdictione, quã habet
subditum fidelem. Hæc conclusio est con-
a Alua.pel. primo de potestate Ecc.c.18.&
qq.& firmatur à D.Th.q.10.a.10. vbi Cai.
alij in 2.2.& à doct.in 2.di. 44. vbi Dur. q.
à D.Ant.2.p.tit.10.c.15.§.1. in fin. à Sil. in
r. infidelitas q.4. à Dried.lib.3.de lib.Christ.
).in fine à Vict.in relet. deindis à Soto li. 4.
in. q.2. a. 2. & à Canonis in c. quod super
de voto probatur, quia non possunt pri-
ri directè, nec ex eo quod careant iurisdi-
one de iure diuino, nec ex eo quod pro-
r infidelitatem sunt ea indigni, non primũ

quia non reperitur Deũ priuasse illos iurisdictione Baptismi. n. charather non exemit aliquem à iurisdictione; ad Romanos enim 13. dicitur omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. idem repetitur ad tit. tertio & prima pet. 2. vt per Polyc. apud Euseb. lib. 4. hist. c. 14. cum seqq. Imo cum hæc potestas politica oriatur ex iure gentium, & fides ex iure diuino supernaturali, sequitur fidem fundatam in iure diuino non dextruere talem iurisdictionem fundatam in iure gentiũ, quod est ius naturale secundarium nec secundum, quia non possunt siue iusta causa priuari ab hominibus bonis proprijs, infidelitas autem non est iusta causa illos priuandi iurisdictione prædicta alias infidelitas esset iusta causa priũandi alijs bonis proprijs; quæ ab infidelibus possidentur; quod est falsum, cum illorum dominium non fundetur in fide.

Dico secundo Ecclesiam posse indirectè prædictos Principes priuare iurisdictione in subditos fideles defendendo fideles, ab huiusmodi
27 Principis vexatione quo ad fidem, vt per D. Th. & alios in primo dicto citatos. Probatur fideles per Baptismum subditi sunt Ecclesię in spiritualibus, ergo si ad finem fidei conseruationis sit expediẽs, fideles à potestate Principis infidelis liberare. Poterit Ecclesia illos tali iurisdictione priuare, vel efficiendo, vt fi-

delis

lelis transeat de territorio infidelium ad ter-
itorium fidelium, dans in formam, dat con-
equentia ad formam, ergo Deus dans po-
estatem Ecclesię erga fideles, dat etiam om-
ia media ad conseruationem fidei necessa-
ia. Quod si Princeps fidelis per pacem cum
nfideli Principe promisit non molestare in-
idelium terras, intalligendum est, dummodo
nfidelis adimpleuerit ab eo promissa Bal. in
pacta conuenta ff. de contr. ep. & conzal. in
egula 8. gl. 27. per leg. eum proponas la. 2.
od. de pactis.

o 3. Domini infideles non subditi Ecclesiæ
on possunt priuari directè dominio in ser-
ios Christianos, vt per Syl. in ver. furtum q.
. vbi Rosc. num. 25. & Ang. num. 56. & Na-
ar. in summa c. 17. nu. 103. cum seqq. & Co-
ar. in c. peccatum 2. p. §. 11. num. 6. Ex vi . n.
risdictionis fidelis non liberatur à seruiture
mporali ad ephe. 6. ad col. 3. ad tit. 2. & pri-
ia petri 2. & per D. Aug. in psal. 124.

o quarto Domini infideles non subditi pos-
int indirectè priuari dominio in seruos Chri-
ianos illos defendendo à vexatione circa
dem. Probatur per rationes in secundo di-
o, & idem dicendum est quo ad Potestatem
conomicam, quo vero ad Patriam potesta-
m dicendum est secundum D. Th. 2. 2. q. 10.
. 12.

Dico quinto infidelis tam directè, quam indirectè si est subditus fideli potest priuari potestate iudiciaria ab Ecclesia, vel Principe seculari Catholi, vt per Suar. de fide p. 2. disp. 18. sec. 5. num. 9. circa fideles, probatur quoad potestatem directam, quia Princeps fidelis habet iurisdictionem in subditos; ergo potest in suis iudicibus exigere qualitatem fidei Catholicæ, Probatur potestas indirecta, quia expedit Principi fideli defendere suos subditos à vexatione, quæ fit à iudicibus infidelibus circa fideles, & patet primò ad Cor. 6. & 2. ad Cor. 6. & in l. vlt. C. de Iudæ. & in c. cum sit nimis de iud. iuecto c. pen. eo. & cap. nulla di. 24. & cap. constituit 17. q. 4. & hæc faciunt ad veltolinos, vel aduennonentes hæreticos prætendentes habere dominium supra Catholicos, qui habuerunt recursum ad regem Catholicum, qui iuditio Summi Pōtificis id decidendum statuit, & ibi multas ædificauit plateas impedientis viam ad hæreticorum defensionem iuxta Bal. cons. 206. 1. vol. quãuis alij Principes Catholici dicant id fieri nō posse, cum per illas plateas impediatur via ad Italiæ defensionē iuxta l. 2. ff. ne quid in loco publico verum sicut potuit ædificari in mari, quod de iure naturæ est cōmune quoad vsum leg. 2. vbi Bal. ff. de rer. diu. & tamen ex ædificio huiusmodi impeditur libera nauiga-

tio

tio l. 2. §. quod si quis ff. de op. no. nunc. vbi Doct. & in hoc fundant sua iure venti, vt per Tusch. in vet. venctorum, ita Rex Catholicus à Catholicis vocatus potuit id ad Catholicorum defensionem efficere.

co sexto fideles non possunt esse serui infidelium existentium sub dominio Principis fidelium l. fin. C. ne Christia. Manc. c. Iudæi il 2. le Iudę. c. mancipia, & c. nulla 54. di. & leg. in. §. fin. c. de Epi. & cler. limita in colmo, vt per DD. in c. multorum de Iudæ.

o 7. Ecclesia potest prohibere, ne fidelis sit ubditus in æconomia infideli existenti sub otestate Principis fidelis d. l. fin. §. fin. C. de pi. & Clericis iuncto c. ad hæc de Iudæ.

o 8. filium infidelis per Baptismum liberari Patria in potestate c. maiores de Bap. an autem infantes infidelium possunt baptizari nuitis parẽtibus. Vide Suar. 3. tom. 3. p. disp. 5. sec. 4. cum seqq. post D. Thom. 2. 2. q. 10. 12. Vbi Doctor. & hæc quoad secundum, & onsequenter quoad conuincendum intelle- tum infidelium.

o nono contra Rhetor. hæreticos, fideles atholici sunt absoluti à iuramento fidelita is eo igso quod inciderint in manifestam hæ sim c. fin. de hæret. vt per Suaz. lib. 6. contra ges Angliæ, & per Farinaccium de hæresi q. 39. §. 5. idq; verum est etiam antequam fu-

 rint,

rint, vt hæretici declarari per sententiam; Ban.2.2.q.12.ar.2.conc.3.vbi Val. disp. prima q.12.puncto 2.assert.4. Abbas. in cap. cũ non ab homine num.29.de iudicijs, Felynus in cap. Rodulphus num.37.de rescriptis, & Caie.2.2.q.12.ar.2.in fine, in notorijs .n. non habet locum cap. cum secundum §.fin.de hæret.in 6. statuens requiri declarationẽ, quoniam notorietas est loco declarationis, & hoc facit pro Catholicis Veltollinæ impediẽtibus viam hæreticis iusta doctrinam Bal. d. con.206.primo vnlum.non .n. tenentur vassalli obedire domino notorio hæretico quãuis non sit per sententiam declaratus hæreticus Farin.de hær.q.189.n.61.ver.nũquid, & q.183.num.36.cum sequentibus, quando autem dicatur notorius hæreticus explicat idem Farinaccius ibidem q.185.§.6. & hæc quoad quintum.

Quoad 6.spectans ad piam affectionem infidelis circa veritatem fidei Catholicæ, Prima opi-
35 nio est Abb.in c.in Ecclesiæ num.7.de Sim. D.Ant.2.p.tit.12.c.2.§.1.Ang.in ver. Symonia.3.num.26.dicentium non licere dona tradere ea conditione, vt Bap.esset.n. Symoniaca talis donatio.c.quam piò.1.q.2.& cap. fin.de past.; nec non cap. quæsitum de rerum perm.

Secunda opinio est Syl. in ver. Iudæus q.6.&

Azor.

Azor.tom.1.moralium. li.8.c.24.q.2.ver.quę res dicentium nullo pacto id esse illicitum; quoniam talis traditio non tollit libertatem; nec continet Symoniæ deformitatem, vt per glo.in ver.interuentu in dicto c. quampio; si.n. possum me pecunia à peccatis redimere, absq; Symonia; ergo possum alium similiter redimere donis, vt fecit Sanctus Syluester.

Pro explicatione nostræ sententiæ dico primo, offerre munera gratis absq; pacto ad comparandam beneuolentiam, vt inducant in fidelē ad fidem, & ad alia opera spiritualia licitum est secundum D. Aug. in Epis. ad Macedonium; quæ habetur in cap. penult. 23. q. 4. est enim liberalis donatio directa in bonum finem:

Dico 2. auferre pecunia impedimenta retardantia susceptionem fidei, aut alterius operis pij
36 licitum est; hoc .n. non est spiritualia emere, sed obstacula auferre; vt per Syl. in ver. Symonia q.8.

Dico tertio contra primam sententiam probabilius est, licitum esse offerre munera eo pa-
37 pacto, vt is in fidelis cui offeruntur efficiatur fidelis, vel aliud opus pium efficiat, dummodo non detur aliquid in prætium operis spiritualis; sed ad inducendum piam affectionem, vt illud opus efficiatur Probatur primo quia Deus promittit bona temporalia ser-

dati præcepta sua gen. 12. & 17.

A rationem primæ opinionis dicitur non vendi baptismum, aut aliud opus pium, sed donari ad inducendam piam affectionem, vt verà fides suscipiatur: sic.n. non est Symoniacũ, vt explicat Sanch. de Mat. tom. 1. lib. 1. disp. 39. in fine, non fit commutatio rei spiritualis cum tẽporali de quo vide Azor. tom. 1. inst. mor. lib. 8. c. 24. q. 2, ver. quæres. Nec etiam obstat quod per talia dona communicetur fidelis cum infideli, quæ quidem communicatio prohibita est primo cor. 6. & 10. & 2. cor. 6. & cap. nõ liceat 20. q. 5. Per animalia enim donata possunt infideles facere sacrificia prohibita, & per donationem aliarum rerum possunt effici ritus prohibiti, & sic fideles cooperarentur actibus illicitis, quoniam re-
38 spõdetur triplicem esse cooperationem, vna est in operibus infidelitatis, altera est in operibus fidei Catholicæ, tertia est humano tantum. Prima prohibita est, vt in iuribus in contrarium citatis; quia est superstitiosa, & contra verum religionem, ac contra confessionem fidei, & fideles tenentur illam euitare, non solum re, sed etiam suspectione, vt per Azor. tom. 1. li. 8. inst. c. 22. q. 3. & li. 9. c. 11. q. 3. & quoad dona, quæ deseruiunt ritui infidelium, distinctione opus est, aut .n bona donata non possunt habere bonum vsum, & tra-

IC.

tur non ven-
um, sed do-
onsm, vt ve-
Symoniaci,
. lib.1. disp.
ei spiritualis
tom. 1. inst.
Nec etiam
unicetur fi-
ommunica-
o. & 2. con.
n alia enim
sacrificia
um rerum
sic fideles
oniam re-
onem, vna
a est in-
humano
uribus in
tiosa, &
a confes-
n euita-
one, vt
li.9. c.
nt ritui
bona
um, &
tra-

traditio illarum est cooperatio, aut possu
habere vsum licitum, & per consequens fi
in differentia, & ab est cooperatio Caie.2.
q.10.a.4.Syl.& alij in ver. infidelitas; alia
communicatio in rebus fidei Catholicæ
est prohibita, quia est intrinsice mala; vt
mittere infidelem ad participationem Sac
mentorum, vt per D. Th.3.p.q. 80.a. 4. ac
& in cap. Episcopus de cons. dis. 4. an aut
licitum sit disputare cum infideli de fide
tholica. Videndus est D.Th.2. 2. q. 10. a
vbi DD. & Suar.de fide disp.20.sec.p.num
39 assignant quatuor conditioces ad hoc, vt
iusmodi disputatio sit licita, Prima vt fid
disputans sit firmus in doctrina fidei, ac si
cietur doctus, & saltem clericus. Secun
vt infidelis cum quo disputatur non sit a
durus, vt nullus saltem in audientibus p
bonus fructus sperari, Ad titul. 3. na
ait Apostolus, hæreticum hominem pos
cundum correptionem de vita; tertia e
parte audientium, vt disputatio coram in
ctis non fiat, & sic magis expedit prædic
priuata D.Th.2.2.q.10.a.7. in fin. vbi D
Max. Valdo; exemplo D. Amb. priuato
loquio conuertentis D. Aug.4. est ex pa
modi disputandi, vt potius rebus; quam
bis sit disputatio, quæ debet esse absq; ve
iniuriosis, vt n. docet D. Chrisost. ho. 6.

ad sit, vt verbum fructificet, oportet, vt alter grate audiat, & vt præseferat, vt non contra personam, sed errorem fiat disputatio. Tertia est communicatio humana tantum, & hæc quamuis non sit de iure diuino prohibita, vt primo Cor. 7. & 10. vbi D. Chris. ho. 25. & hom. 23. ad hæbr. & D. Th. 2. 2. q. 10. ar. 9. nec erat moraliter possibilis talis generaliter prohibitio ex parte prædicantium fidem Catholicam in fidelibus, cum ipsis prædicantibus consuliter c. quam sit laudabile de Iudæi. & cap. fratris 11. q. 1. & ex parte infidelium; qui conuertuntur non erat etiam moraliter possibilis talis prohibitio generalis, sed tantum particularis, quando adest periculum, vel scandalum, vel aliquæ circumstantiæ malæ, tamen potuit Ecclesia Ecclesia hanc communicationem fiddii prohibere, vt docet D. Th. 2. 2. q. 10. ar. 9. & propria prohibita est fami-
40 liaritas cum Iudæis cap. adhæ. & Iudæ. vt per Sanch. lib. 2. in decal. c. 31. Prohibita est insuper coabitatio in eadem domo cum Iudæis. c. nullus 28. q. 1. c. Iudæi. Il secondo de Iudæo prohibitum est tertio conuiuium cum Iudeis c. omnis 28. q. 1. nisi sit prædicator Iudæorum c. quam sit de Iudæis, vel nisi adsit necessitas cap. sicut satuis 23. q. 4. Prohibitum est etiam aduocare Iudæum Medicum in infirmitate c. nullus 28. q. 1. Prohibetur etiam lauari in eodem

dem balneo cum Iudæo cap. nullus 28. q. 1. prohibetur etiam fœminis fidelibus esse nutrices Iudæorum c. ad hæc de Iudæis, Item prohibetur fidelibus ne aliquid relinquant in testamento Iudæis, Canonistę in c. Iudæi, il secondo de Iudæis, Quæ quidem prohibitiones quamuis loquuntur de Iudæis procedũt etiam in Mahometanis leg. fin. §. fin. C. de Epis. & Cle. c. fin. & cap. Iudæis de Iudæis, secus quoad alios infideles, vt per Sanch. li. 2. in decal. c. 31. num. 25; patet ergo non omnem communicationem cum infideli esse prohibitam, quæ autem prohibentur inter fideles, & turcas habetur, in bulla cœnæ Domini, & quoad sextum.

DE PRVDENTIA PRINCIPIS Ecclesiastici circa fidem Catholicam, aliaq; Ecclesiastica negotia.

EVsebius lib. 4. hist. c. 23. hæc habet verba circa Principis Ecclesiastici Prudentiam, Ecclesiarum pastores vbiq; hæreticos tamquam immanes quosdam, & agrestes bestias 1 à Christi ouibus arcere; & à præda depellere laborant, interdum fratres admonendo cohortandoq; non raro ipsos hæreticos aperto morte adoriendo, & coram absq; scripto, tũ disse-

disserendo cum illis, tum eorum errores refutando, & lib. 2. Ecclesiasticæ Hist. c. 13. ait: cum fides in Saluatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum vbiq; ad omnes homines iam dimanasset, Satan humanæ salutis hostis capitalis, vrbemq; præter Imperij decus cœteris omnibus dominata est, priusquã fidem Christi reciperet, astutè præripere, præoccupareq; molitus, eo Simonem quasi manu deducit, atq; calidis illius viri præstigijs opem ipse ferens, quamplures qui Romæ domicilia rerum suarum collocasset in errorem inductos, suo addidisset obsequio: Romam profectus est Apostolus Petrus, vt Simonem Magum hereticorum parẽtem profligaret, eũq; veluti icarum per aera volantem in terra elidi præcibus impetrauit, vt Sanctus Maximus habet in hom. 5. de Sanctis Apostolis Petro, & Paulo, & ita semper, vt eleganti sermone tradit Sanctus Vicentius Lerinensis cap. 9. hic mos in Ecclesia viguit, vt quanto quisq; foret Religiosior, eo promptius nonnullis adinuentionibus contrairet, exempla, inquit plena sunt omnia, quæ numerat Grauina tom. 1. Catholicæ præscrip. à pagine 606. vsq; ad finem, & inductione probat c. 12. sacri depositi à num. 4. vsq; ad finem.

Circa vero alia Ecclesiastica negotia eadẽ prudentia elucet, nam exurgente, vel consuetudine,

2 dine, vel laicale lege circa impedimenta matrimonium inter Catholicos dirimentia, statim consuetudinem legemq; huiuscemodi Ecclesiasticus Princeps prohibuit. Quamuis n. matrimonium sit contractus ciuilis, quia tamen inter Catholicos est contractus eleuatus ad rationem formalem Sacramenti, de quo non nisi Princeps Ecclesiasticus cognoscere valet. Propterea Innocentius tertius in cap. finali §. sin autẽ de raptor. determinauit validum esse matrimonium inter raptam, & rapterem, reuocando legem vnicam Cod. de raptoribus determinantem inualidum esse mrtrimoniũ inter raptam, & raptorem etiã quoad pœnam temporalem, vt per Alex. vol. primo cons. 97. idq; optimè explicat Sanch. de matrimonio tom. 2. lib. 7. disp. 3. Similiter exorta consuetudine inter laicos circa matrimonij sollemnitatem statim idem Pontifex eamdem consuetudinem reuocauit in c. 1. de spõsal. vbi Hear. boich. circa principium post Innocentium, & exorta consuetudine laicali circa matrimonij substantiam, statim summut Pontifex illam reuocauit in c. 3. de cognet. spirituali vbi Abb. num. 60. similiter In-
3 nocentius tertio statim occurrit Principibus Catholicis non seruantibus iuramentum ad Dei reuerentiam, & relegionem spectans, præcipiens, quod antequam illud à Principe

Eccle-

Ecclesiastico sit ex causa relaxatum, sit omnino seruandum, illiusq; relaxationem nullo pacto ad Principem secularem pertinere, vt in c.venerabilem de electione c. nouit de iudiciis c.cum contingat c.delato. de iure iurãdo, & c.quamuis de Pactis in 6. vt per Paulũ de Castro.& Salicetum in authent. Sacramẽta puberum Cod.si aduersus vendictionem; Host.& Im.in c.quanto de iur.iar. Abb.& Ioannem Andream in c.tua il primo de decimis cum aliis citatis ab Alex. & Iasonem in leg. vnica ff. qui satis dare cogantur, nec non à Couarr. in c. quamuis de pactis in 6. prima parte §.3.nu.7.

Eluxit Principis Ecclesiæ Prudentia in fortitudine tuenda contra minas Ecclesiæ inimicorum. Non n. præualebunt cum in Sacro eloquio sit scriptum a verbis impiorum ne timueritis,& iterum vidi impium super exaltatum, & eleuatum, transiui, & ecce non

4 erat n elucet etiam prudentia in Principe Ecclesiastico, nam existente controuersia inter Canonistas, num ad electionem Summi Pontificis consensus tacitus, an expressus requireretur, Doct. inquam in c. Ecclesia vestra il primo per illum textum de electione, ad validitatem electionis Summi Pontificis deductionem Cardinalis promouendi, ad Cathedram Pontificiam sufficere negabant. Glosa

vero,

vero, & Archidiaconus in c. cum Adrianus 73. distinctione, Geminianus Turrecrem. Herich. Boic b. Butrius, imm. & Anan. in c. dilecto filio de præbendis satis esse salutationem in summum Pontificem affirmabant ex leg. prima §. scientiam ff. de Trib. act. & leg. titias ff. quibus modis pignus, vel hypoteca soluatur, & ex cap: ex ore de his, quæ fiunt à maiori parte Capitoli, asserentes verbis, an factis voluntas eligentium declararetur nihil proficere leg. qui 69 iff. de legibus. Imo potius factis, quàm verbis voluntas expressa censetur, dummodo scienter per factum Cardinales consentiant; vt per host. & Boich. in d. c: dilecto per leg. Paulus ff. rem ratam haberi. Et quoniam Cardinalis Sanctæ Seuerinæ duabus tantum Cardinalium partibus ad Cathedram Pontificam in sacellum solitum ad adorationem illi exibendam deductus fuit, nec de facto fuit illi adoratio exibita ob scrupulosam Cardinalis Gesnaldi Collegii Decani Moram, ideo Cardinales Aldob. Cardinalibus illum in summum Pontificem eligentibus assentiri noluit, nisi prius ipsius Cardinalis Sanctæ Seuerinæ ab renuntiatio præcessisset omnis iuris, quod in ipsius Pontificiæ sedis pretensionem hoberet, ad tollendum in Christiana Republica schisma qua renuntiatione facta fuit Aldobrandinus in Papam

H electus

electus, & appellatus Clemens huiuſmodi igitur motibus in futurum omnino tollerandis Gregorius XV. prudenter ſua conſtitutione occurrit determinans, vt Summi Pontificis electio impoſterum per vota ſecreta conficeretur, quemadmodum de facto electio Sanctiſs. Vrbani VIII. nunc in Eccleſia regnantis conſecuta eſt.

Elucet inſuper prudentia Principis Eccleſiaſtici, nam exiſtente bello inter Catholicos Princi-
5 pes non recognoſcentes ſuperiorem in temporalibus poteſt ſecundum Bellar. lib. 5. de Romano Pontifice c.6. in fine Summus Pontifex Reges illos ad concordiam deducere, prout prudentiſſime fecit Sanctiſſimus Vrbanus VIII. mittendo ſuum nepotem, tum ad Hiſpaniam, tum ad Galliam pro concordia inter Principes Catholicos circa intereſſe temporale. Quod autem id poſſit Romanus Pontifex probatur ex poteſtate indirecta, quam habet Summus Pontifex in temporalibus regum non recognoſcentium in illis ſuperiorem ſecularem, ex bello .n. inter prædictos in Eccleſia Catholica oritur detrimentum fidei Catholicæ, ergo Summus Pontifex habet iuriſdictionem indirectam ad illos cōponendos, conſequentia clara eſt probatur antecedens, in huiuſmodi bello, vel militant non Catholici, vel Catholici tantum, ſi primū,

huiuſ-

huiusmodi bellum potest prohibere Summus Pontifex, cum ex tali militia oriatur præiudicium fidei Catholicæ ex comercio non Catholicorum cum Catholicis, & ex victoria non Catholicorum cōtra Catholicos, vt per Ban. 2. 2, q. 11. ar. 1. dub. 3. concl. 2. Sanch. tō. primo in præcep. decalogi lib. 2. c. 31. num. 24. Azorii tom. 1. inst. mor. lib. 8. c. 26. q. 13. & Val. 2. 2. disp. 3. q. 16. punc. 2. vers. atq; eadem ratione, nec non Molin. tom. primo de Iustitia, & iur. disp. 112. ad finem. Et propterea 2. Paralipom. c. 16. reprehensus est Rex Asa, eo quod aduocauerat in subsidium exercitum Syeiæ contra Regem Isdrael, aut militant in bello inter Principes Catholicos Catholici tantum milites, & tunc datur occasio nō Catholicis Principibus inuadendi, & occupandi loca Catholicorum, & trahendi Catholicos ad legem non Catholicam, & sic infertur fidei Catholicæ detrimentum, vt per Vitt. in relectione de iure belli num. 33. & Val. loco citato ver. 8. hicq; experientia didicimus in occupatione facta à Turcarum Rege Regni Cypri tempore belli inter Principes Catholicos, idemq; sæpe accidit, existente .n. bello inter Catgolicos, hæretici aliqua Catholicorum loca depredantur. Cui fidei Catholicæ detrimento Summus Pontifex sua prudentia prouidere debet etiam cum detrimento bo-

norum temporalium, vt probat Bellar. in loco citato. c. 7. moeus ex loco Euangelij dicentis, qoid prodest homini si vniuersum mundũ lucretur, auimæ vero suę detrimentum patiatur.

Secundo probatur Summum Pontificem esse Iudicem in temporali prętendentia inter Regis Catholicos non habentes alium Iudicem in tali prætendentia, quando nullus est Iudex controuersiæ temporalis, Papa debet iudicare per l. in ver, vacante in c. licet ex suscepto de foro comp. & in c. venerabilem qui filijs sint leg. glo. in ver. veniens, idem firmãt Abb. in d. c. licet ex suscepto num. 3. & Nauar. in c. nouit. de iud. not. 3. num. 107. vbi assignat rationem dicens, ne ex defectu Iudicis jn tẽporalibus Populi à virtute ad vitia declinent sed inter reges Catholicos bella gerẽtes possnnt oriri vitea ex de fertu Iudicis decidentis de Iustitia belli, ergo ad Summum Pontificẽ spectat iuditium de eorum controuersijs temporalibus confirmatur, quia etiam Episcopus potest compellere subditos ad pacem c. placuit 90. di. & latè Barbo. de potest Episcopi alleg. 79.

Tertio in arduis tonrrouersijs inter Laicos carentes superiore Summus Pontifex est Iudex competens etiam in tempporalibus Abb. in c. per Venerabilem num. 15. qai filij sint legitimi,

mi, vbi glos. in ver. certis causis, sed iustitia belli inter duos Reges Catholicos non recognoscentis superiorem in eorum iustitia est, ardua controuersia, igitur Summus Pontifex est huius controuersiæ Iudex competens.

Quarto potest Papa prohibere bellum priuatũ inter Laicos habentes differentias temporales, vt in Con. Trid. sess. 25. c. 19. de reform. & const. 78. Greg. XIII. & in const. 11. Clem. VIII. ergo multo fortius potest prohibere bellum publicum. Nam in bello publico iniusto sunt maiora peccata, quam in bello priuato iniusto ratione cuius peccati Papa est Iudex competens c. nouit. vbi omnes Doct. de iud.

Quinto potuit Papa transferre Imperium de græcis ad germanos solum, quia Imperatores Greci non præstabant auxilium Sedi Apostolicæ. c. venerabilem, vbi glo. in ver. transtulit, & ibi Doct. de Cler. ergo multo fortius potest Papa sub pœna prohibere Regibus Catholicis bella, ex quibus ſęditur de facili fides Catholica.

Non obstat quod Reges non recognoscentes in temporalibus superiorem possunt gerere bellum, quia ad hoc non sufficit, quod superiore huiusmodi careant, sed requiritur etiam quod bellum sit iustum, vt latè probat Val. 2. 2. disp. 3. q. 16. p. 2. an autem sit bellum iustum

non poteſt quis iudicare in cauſa propria l. vnica. C. ne quis in cau. prop. ergo Papa eſt Iudex competens, ſi pax inter Reges Catholicos ſit iuſtè, vel iniuſtè rupta Abb. in c. ſicut il 3. num. 1. de iur. iur. & ita tenet ſupplementum in verſ. bellum in principio circa ſinem, ex eo quod omnis Rex habet Papam in ſuperiorem cap. duo 96. diſt. & quamuis Sylu. in verbo bellum primo dicat Regem carentem ſuperiore in tẽporalibus poſſe indicere bellum, vt docet D. Th. 2. 2. q. 40. ar. 1. tamen Summus Põtifex, & ſi ſimpliciter non ſit Dominus Regum in temporalibus, vt probant Theologi citati à Bellarm. d. lib. 5. de Romano Pontifice, tamen cauſaliter habet iuriſdictionem in temporalibus ſupra Reges dicto cap. Venerabilem, qui filij ſint legitimi, inter quos vnus caſus eſt quando bellum geritur inter Reges Catholicos pro negotio temporali, ex quo bello læditur fides Catholica.

Elucet inſuper Prudentia Principis Eccleſiaſtici in priuando Epiſcopos Hæreticos vti prudẽter fecit Sanctæ memoriæ Clemens Octauus in
6 ſua Conſtitutione 34. §. 4. priuando dignitate Patriarchali Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui erat ſchiſmatichus, vt ſæpe ſæpius ſolent eſſe ſchiſmatici cum reſideant in partibus Turcharum, in quibus non poſſunt liberè iuriſdictionem exercere Nuntij Apoſtolici,

lici,& propria in ſchiſma incidunt, & per cõſequẽs ipſo iure priuantur dignitate Patriarcarum, vti in Conſtitut. Pauli IV. incipiente cum ex Apoſtolatus, & in alijs iuribus citatis à Farinaccio de hęreſi quæſt. 186. §. 5. & hac ratione iure Patriarcatus Coſtantinopolitanus poteſt transferri à Summo Pontifice ad aliquod territorium ſubiectum Principi Catholico, ibi.n. Nuntij Apoſtolici liberam habebunt iuriſdictionem in Patriarcham Grecorum quemadmodum Imperium fuit translatum à Sede Apoſtolica à græcis ad germanos propter denegatum auxilium Sedi Apoſtolicæ c. venerab. vbi glo. in ver. tranſtulit, & DD. de elect. multo igitur fortius iure tranſferri poteſt Patriarchatur propter ſolitum in Conſtantinopoli commiſſum ſchiſma ex Torcarum regimine. Ratione idem probatur, totus orbis ab vno homine regi non poteſt immediatè immediatione ſuppoſiti, vt docet Ariſto. 7. Politicorum c. 4. & properea totus orbis fuit rectus à Romanis Imperatoribus mediantibus conſulibus, prę̄ſidentibus, & prætoribus, & nunc totus Chriſtianorum orbis regitur à Sede Apoſtolica mediantibus legatis, ac Nuntijs; vt per Sand. de viſi. hier. Eccleſia lib. 3. c. primo, ſed ad Conſtantinopolim non poſſunt mitti Legati, vel Nuntij Apoſtolici, & quatenus mitterentur eorum

iusta Turcarū Princeps exequi minime permitteret, igitur Sedes Apostolica non potest dominari supra Grecorum Patriarcas Constantinopoli commorantes, & tamen dominari debent, vt ipsimet Græci confessi sunt in bulla 17.§.8. Eugenij 4. quia ius Regendi omnes Christi Ecclesias datum est Petro, cui Romanus Pontifex succedit iure igitur transferri potest Grecorum Patriarchatus ad locum vbi possit Sedes Apostolica dominari supra Patriarcham.

Secundo idem probatur, regimen Ecclesiæ est Monarchicum, vt probat Bellar. de Romano Pontifice lib. 1. c. 9. igitur est vnius, & ab vno, alias non solum non oriretur charitas inter fideles, cum alijs bonis, quæ cōsecuntur Monarchiam, quæ recenset D. Chriso. primo Cor. hom. 34. verum etiam euenirent schismata, vt probat idem Chriso. ad hebræos 13. hom. 34. idq; patet experientia inter Principes non non recognoscentes in temporalibus Superiorem saltem indirectè, & in ijsdem Grecorum Patriarchis, qui de facto nolunt subesse Sedi Apostolicæ, iure igitur potest transferri Patriarchatus Grecorum à Costantinopoli, ad locum, vbi Nuntij Apostolici possint, vti brachio Regis fidelis erga Sedem Apostolicam.

Tertio Patriarchatus cœterarum Ecclesiarum, & præ-

& præcisè Patriarchatus Constantinopolitanus dependet à Patriarchato Romano c. omnes 22. dist. & adeo hoc est verum, vt dicens non pendere à Patriarcha Romano sit hæreticus D. Tho. in opus 19. c. 3. circa finem ver. in his autem, igitur idem Patriarcha Romanus potest transferre Patriarchatum Cõstantinopolitanum de loco non fideli ad fidelem Abbas 2. p. con. 3. nu. 10. ver. propterea dico vbi probat priuilegium subdito concessam posse à concedente reuocari.

Quarto à Romano Pontifice fuit concessum Patriarchæ Constantinopolitano ius eligendi ibi Episcopos confirmandos à Summo Põtifice, vt in c. antiqua de Priuilegijs, igitur ob non petitionem huiusmodi confirmationis, transferendus iure est Patriarchatus ad locum, vbi huiusmodi confirmatio executioni demandari possit iuxta dictum capitolum antiqua.

Quinto facta hac translarione oritur inter Grecos emulatio, igitnr Grecorum debilitas oritur iuxta illud Euangelicum dictum omne regnum in se diuisum desolabitur, & iuxta per Salmistam dicentem conturbatio sunt gentes, & inclinata sunt Regna, & iuxta illud politicum dictum diuide, & impera, igitur Patriarcha Græcus post translationem multo magis erit subiectus Sedis Apostolicæ, nam

habebit

habebit emulationem cum Græcis Constantinopoli commorantibus,& Rex fidelis Sedis Apostolicæ suo brachio efficiet, vt Patriarcha Græcis obediet Sedi Apostolicæ, cui aliquando subiaci recusat, vt per Turræ Crem. in c.de Constantinopolitana 2.2.dist.& latius per Azorium tom.2.lib.4.inst. mor.c.15.

Non obstat quod Patriarcha Græcus propter schisma est priuandus, non autem est priuatus,vt per Alfonsum de Cast. lib.2. c. 24.de iusta hereticorum pun.quia respondetur no-
7 torietatem schismatis æquipollere declarationi,quæ requiritur in cap. cum secundum in fine de Hæreticis in 6. & per consequens patet ad Summum Pontificem spectare huiusmodi translationem Bellar. .n. de Romano Pontifice lib.4 c.vlt.in fine probat D. Petrum cui succedit Papa constituisse Patriarchas, igitur ad Summum Pontificem spectat illos reformare. Quod autem notoria hæresis æquipolleat declarationi iudicis, patet ex his,quæ scribit Caie.2.2.q.12.ar.3.in fine, & ex his quæ dicta sunt supra.

Elucet insuper Principis Ecclesiastici prudentia cum in re formando clarum in Conc. Trid.in
8 tit.de reform., tum in reformandis regularibus in eodem Conc.Trid.sess.25. de regularibus c.1.vbi hæc verba habentur. Quoniam non ignorat 5. Synodus quantum ex Mona-

sterijs

steriis piè institutis, & rectè administratis in Ecclesia Dei splédoris, atq; vtilitatis oriatur, necessarium esse censuit, quo facilius, ac maturius, vbi collapsa est vetus, & regularis disciplina instauratur, & constantius, vbi conseruata est, perseueret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, vt omnes Regulares, tam viri, quam Mulieres, ad regiolæ, quam professi sunt, præscriptũ vitã instituãt, & cõponãt, atq; in primis, quę ad suæ professionis pfectionem, vt obedientiæ, paupertatis, castitatis, ac si quæ alia sunt alicuius regulæ, & ordinationis peculiaria vota, & præcepta ad eorum, respectiuè essentiam, nec nõ ad communem, vitam, victum, & vestitum conseruanda, pertinentia, fideliter obseruent, omnisq; cura, & diligentia à superioribus adhibeatur, tam in capitulis generalibus, & prouintialibus, quàm in eorum visitationibus, quę suis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis non recedatur: cum compertum sit ab eis nõ posse ea, quæ ad substantiam regularis vitæ pertinent, relaxari. Si .n. illa, quæ bases sunt, & fundamenta totius regularis disciplinæ, exactè non fuerint conseruata, totum corruat ædificium necesse est quando autem, strictior essentialis, vel accidentalis antiqua, vel noua regula possit regularibus post professionem imponi à superioribus? ponit De-

cius

cius in c. ad nostram de appellatione à quo sumpsit Campanilis in diuers. iuris Can. R. 12.c.7.nu.25.cum seqq.

DE PRVDENTIA PRINCIPIS circa nummisma.

EMendi, vendendiq; origo à permutatione cępit, olim enim nummi non erant, sed vnusquisq; secundum temporum, & rerum necessitatem aliud pro alio permutabat, sed quia non facilè concurrebat, vt vnus haberet quod alter desiderabat, & è conuerso alter haberet, quod alius accipere volebat, propterea nummis ma publica auctoritate percusse fuit, vt esset mensura ad æqualitatem reducens in communicationibus uerces necessarias ad hominum vitam, siue sit Princeps tributum exigens, siue sit subditus egens necessarijs ad vitæ substentationem, vt legitur in l.prima ff.de contrah.emp.& in D. Tho.li. 2.de reg.Prin.c. 13. Sed quoniam nummisma constat ex materia, forma, & valore, propterea ad Principis prudentiam spectat non solum prouidere ne pecunia extra Regnum extrahatur, verùm etiam ne fraus adibeatur, vel circa materiam, vel circa formam, vel circa valogem idq; efficiet Princeps non solum exequendo pœnas statutas in C. titulo de fal-

mo.

mo.explicatas à Couar. in tract. nummismatum c. vltimo, verùm etiam, vt imagines in nummis sint prefunditus impressæ, sic enim fraudere volentibus, aut materiam, aut formam deficient apta iustrumenta, & quando adessent, ad profundas imagines, propter rumorem ex profunda impressiōne insurgentē, non exponent se periculo pœnæ inflingendæ contra ex rumore inflaganti repertos. Ne autem nummi valor ex rasura detrahatur, imprimendum erit circulum circa ex vtraq; parte circum. Ne autem adulterantes monetam supra argentum aurum apponant, vel super æs argentum apponant, erunt diuersæ imagiues super diuersa materia imprimenda, sic enim de facili à cōtrahentibus cognoscetur falsitas monetæ insuper statuendum est pecuniam non habentem prædicta requisita nōn solum non esse recipiendum, verum etiam illam detinentem, vt suspectum de falsa moneta esse puniendum ad hoc autem, vt de facili adulterantes monetam reperiantur indulcendum est à Prineipi complici reuelanti conteum sic enim dominabitur Princeps diuidendo conteos iuxta illud politicum preceptum, diuide, & impera, quod falsò applicatur optimis ciuilibus, nam ex diuisione optimorum non solum inclinantur regna, vt ait Propheta dicens, conturbatæ sunt gentes, & in-

inclinata sunt regna, verùm etiam, vt docet dominus noster omne Regnum in se ipsum diuisum desolabitur, desoluto autem, vel inclinato Regno, Rex etiam inclinabitur, cùm Rex, & Regnum correlatiua sint. Ad hoc autem, vt translatio extra Regnum tollatur, non sufficiunt in confinibus custodes, quis enim custodiat à fraudibus custodum? Sed statuendus est valor nummis æqualis materiæ, & expensis factis in cudendo iuxta veriorem opinionem ab Abb. in cap. quanto de iur. iur. & à Couarr. nummis cap. 7. num. 5. explicatam, sic enim translatio cessabit, cum ex equalitate iam dicta non pluris valeat pacunia extra Regnum, quam in Regno, & insuper cambia iusta erunt, cum in cambijs attendatur materiæ valor, sicut diximus esse attendendum in communicationibus inter Ciues. Quod si non apponantur hæc, vel meliora remedia circa nummisma, nec merces de foris aduenient, nec erit inter Ciues commutatio, & sic hominis vita, vel periclitabitur, vel incidet homo ad difficultates, quæ erant ante nummismatis impressionem, & hęc quo ad Lib. secundum.

Finis Libri Secundi.

DE

DE REGIMINE PRINCIPIS IN COMITIIS LIBER TERTIVS.

RESOLVTIONES OMNIVM difficultatum in Principis regimine accidentium in Comitijs, quę vulgaliter Parlamenta appellantur in Regno Neapolis i

CVm quatuor sint cuiuslibet entis creati causarum genera, vt docet Arist. quinto metaphis c.2.¦& explicat Suarex.ibidem disput. 12. sec. 3. sequitur quatuor esse causas huiuscemodi Parlamenti à Baronibus huius Regni efficiendi. Prima causa est efficiens, secunda est causa finalis, tertia est causa materialis, vltima est causa formalis;de singulis autem breuiter est agendum.

DE CAVSA EFFICIENTI parlamenti.

CAusa efficiens huiusmodi parlamenti regulariter est Serenissimus Rex noster teste Belluca in speculo Prin. Rub.prima num. 3.sicut causa efficiens Concilij Generalis re-
1 gulariter est Summus Pontifex, in hoc enim Summus Pontifex, & Rex pari passu ambulant, vt tumultus contra bonum publicum tollatur,Caiet.in Opusc. de Aut.Papæ, & Cōcilij cap. 16. circa initium, Vnde quamuis vtriusq; Principis vices gerens amplissimam habeat potestatem; vt de Prorege testantur freccia de suffeudis lib.2.tit,quis dicatur Dux num. 33. & Regens de Ponte de Potestate Proregis in principio, & de legato à latere testatur cucc.maior.inst., de Legato Apostolico,non tamen eis est collata Potestas conuocandi Regulariter hoc parlamentum Generale, vt docet Belluca in loco citato, aut Concilium Generale, vt per addic. ad Abbatem in cap. significasti de electione Caiet. in loco citato cap15.& Card.Bellarm.de Conc, lib. primo cap. 12. quoniam per potestatem concessam huiuscemodi vices gerentibus nō intelligitur data potestas alta regulariter Co-
2 uar.practicarum questionum cap. 4. versi est tamen

tamen quod sicut in aliquibus casibus conuocatur Concilium Generale sine Papa, vt per dictam additionem, & Caiet. in loco cit. cap. 15. nec non Bellarminum in loco allegato cap. 14. ita Parlamentum Generale potest ante Regis intimationem conuocari à Prorege ex causa necessaria, maxime ad instantiam maioris partis Baronum, imo illis negligentibus ab aliquo particulari Barone, vt probant Belluca in loco citato num. 4. cum seqq. vsq; in finem, & Abb. in cap. cum olim num. 2. in vers. ideo datur tertius intellectus de testa; quod sequitur Cucc. in loco allegato
2 de Concilio Rom. num. 17. & dec. num. 19. in cap. licet de euitanda de electione. Regula enim Generalis ecceptionem patitur, vt in quinto, & sexto, eth. & docet Arist. quem ad hoc citat Caiet. in loco citato c. 15. in principio, & probatur in l. prima vbi notant DD. ff. de regulis iuris, & ita fuit in praxi receptũ Anno 1621. me inter alios consulente in Parlamento Generali extraordinario conuocato ab Illustrissimo Cardinali Zapatta huius Regni Prorege die 5. Augusti sicut in Anno 1524. vt in capitolis, & Priuilegijs Neapolis fol. 81. à tergo, & ita in Hispania practicatur sæpe, vt per Bell. in dicto num. 4. ergo fortius in hoc Regno magis à Rege distante, & vbi non agitur de grauaminibus, vt in Hispania,

I sed

sed de subuentionibus dandis Regi à fidelissimo Regno Neapolis Authentica multo magis de Sacrosanctis Ecclesijs.

Circa causam efficientem de multis quæritur, & primo, an sit credendum Regi intimanti
3 Parlamentum se esse in necessitate, propter subuentionem publico bono? Respondetur affirmatiuè, vt asserit Thomas Gramaticus decis. 65. num. 30. & decis. 105. num 9. quoniam vnicuiq; credendum est de facto proprio, ergo multo magis credendum est Iudici, quoniam præsumitur pro Iudice, ergo multo magis credendum est Principi, vt docent Aless. lib. 2, cons. 216. num. primo, & Oldradus cons. 258. Quod verum est nisi euidenter contrarium constet, aduersus enim præsumptionem iuris admittitur probatio incontrarium, vt in specie tradunt Menoch. de præsumptionibus lib. 2. præsump. 10. num. 31. & Socc. lib. 2. cons. 164.

Secundo quæritur, an si Rex propter immensas largitiones, immoderatosq; sumptus factos, sine causa indigeat, possit iustè exigere donatiuum à Regno? Respondetur secundum
4 medi. Codice de restitutione qu. 13. Gabrielem in quarto dist. 15. quæst. 5. art. primo conclus. 3. negatiuè, verum tamen est, quòd quamuis in his casibus peccauerit Rex, tamen si necessitas immineat pro defensione

Regni,

Regni, tunc licitè potest Regnum donare Regi; vt Regnum defendat, vt probant Lessius de iustitia, et iure lib. 2. c. 33. dub. 6. num. 48. & Vasquez opur. de restitutione cap. 6. §. primo dub. 2. nu. 24. quoniam prouidendum est omnino bono publico, & Princeps tenetur desistere ad donationibus immensis, & sumptibus immoderatis, vt prædicti DD. affirmant, imo quando Regnum est multum aggrauatum, et imminet necessitas defensionis Regni, tunc debet Rex ad minus suspendere fructus pensionum donatarum pro defensione Regni, vt asserunt Valenzuola cons. 99. pun. 2. num. 29. cum seq. et Regens à Pōte in tract. de potestate Proregis tit. 5. n. 21. cū seq. et sic desistere à petitione Donatiui, quod vt docet Diuus Thomas in opusculo ad Ducissam Barbantiæ tunc præstandum est Regi à Regno, quando adest necessitas Regis pro defensione Regni.

Siue autem causa Parlamenti efficiens sit Rex vniuersaliter siue sit Prorex in causis spetialibus semper debet præcedere conuocatio Parlamenti per Epistolam signo signatam, & propria manu subscriptam conuocantis, in qua assignandum erit congruum tempus ad commodè conueniendum in loco solito Sancti Laurentij in Ciuitate Neapolis, nec non ibi est exponenda causa conuocationis, ad

hoc, vt vocati conuenient post adhibitam intra se deliberationem de conclusione facienda, vt per Boll. in spec. prædicto rubrica tertia.

Adueniente autem tempore quo celebrandum est Parlamentum Prorex à dextrix, & Sindicus electus à nobili platea, cui per girum illa vice spectat electio à sinistris, Proceribus Regni comitantibus sollemniter accedunt ad Sanctum Laurentium, vbi in loco solito reperitur, sed es in loco eminenti cum tussello in qua sede Prorex sedet, et per Bellut ibidem rub. 5. & 6. & hæc quoad causam efficientem Parlamenti.

DE CAVSA FINALI Parlamenti.

Causa finalis parlamenti Regni Neapolis est donatiuum faciendum Regi à Regno, ad subueniendum pro occurrentibus Regni necessitatibus à Rege supportandis, circa quam causam finalem primo inquiritur, an donatiuum, quod singulis duobus annis petitur à Serenissimo Hispaniarum Rege, & concluditur, tum à terris de manialibus, tum à Baronibus Regni sit propriè, vel impropriè donatio, ita vt an sit vera donatio, habeatq; essentialia donationis, an potius sit vera impositio,

sitio, habeatq; essentialia impositionis ?r
a hoc quaesitum dico, quòd post habitam
entiam typis imprimendi tractatum de
omitijs, seu parlamento Regni Neapolis,
eruenit ad manus meas prima, & secunda
ars resolutionum moralium Doctissimi viri
ntonini Diana Panormita Clerici Regu-
aris, in quibus inter ceteros tractatus adest
ertio loco tractatur de Comitijs, seu Parla-
nento Regni Siciliae, & Neapolis in cuius ini
jo huiusmodi tertij tractatus ad sunt haec ver
ba formalia.

ponendum est tanquam certum, Donatiua Parlamenti nomine esse voluntaria, sed re vera esse necessaria, ita in terminis testantur DD. & quia fundamentum huius tractatus consistit in hac veritate, ponam per extensũ verba Doctorum Io. Franc. Apon. in suis decisionibus p. 1. decis. 3. num. 14. sic ait. Donatiua, quae singulis duobus Annis fiunt, non dicuntur voluntaria, ita quod est, hoc nomen simulatũ, & propterea videmus singulis duobus Annis, irremisibiliter peti à Rege cum litteris particularibus ad suum Proregem trasmissis, & Populi, & Barones per Regias litteras particulares ad Parlamentum vocatur. Vnde vere potest, haec appellari impositio, quae singulis duobus Annis fit per Regẽ; vt suis necessitatibus subueniat; haec ille, Ma-

strillus de Magistratibus tom.2.lib.5.cap.15. num. 29. & seq. Donatiua Parlamenti licet voluntaria dicantur ad differentiam muneris ad quod ex cap.Regni tenetur Regnum, in quatuor casibus, Attamen necessaria potius dici merentur, quia sunt loco seruitij, & pro Domino in bello adiuuando, suisq; necessitatibus subueniendo ad quod omnes tenentur, ideo nomen hoc donatiui simulatum est, cum singulis tribus Annis irremisibiliter petantur à Rege cum expressis litteris ad Proregem transmissis, & pro effectu prædicto tria Regni brachia per litteras conuocantur. Vnde vere impositio dici poterit, idem cum ijsdem verbis docet etiam ex nostris Regniculis vir Doctus Marius ciurba in suis decisionibus tom.1.decis.118.num.2.& seq. Idem etiam docet Valenzuola, Velasquez.com.99. punct. 4.num.61.& ex Theologis P. Suarez de legibus lib.5.cap.17.num.7.& ex nostra Religione P. Molfesius in summa tom.2. tract. 12. cap.22.num.36.vbj asserit supradicta donatiua esse re vera impositiones; itaut debeant habere conditiones requisitas ad impositionem gabellarum, & citat Siluestrum. Verb. Dominium q. 5. num.6.& Iacob.de Greffeis, par.prima lib.3.c.1.num.7. vide etiam in nostris terminis, tractantes casum Maria.Frecc. de subfeudis lib. 2. Auth. 3.Baron. num. 26.

fol.

fol. mihi 323.con.1. & Bolognett.consf.1. à n. 86.vsq; ad num. 95. cum Eruditissimo Bobadilla in Politica tom.2.lib.5.c.5.nu.4.& Basilio Pontio de Impediment.Matrim. causa 31.q.2. §.11. & Petro Tholosano in sua Republica lib.24.cap.5.nu.3.

Quæ autem hucusq; scripsit hic Doctissimus vir quoad Insulani Siciliæ in qua est natus, educatus, & adhuc in dicto Regno viuit teneo esse verissima, non enim dixisset, si vera non essent; Quo vero ad Regnum Neapolis inquirendum est, an sint vera.

Quæritur, an donatiuum, quod singulis duobus Annis petitur à Serenissimo Hispaniarum Rege & concluditur, tum à terris de manialibus, tum à Baronibus Regni Neapolis, sit donatio, vel impositio, & an habeat requisita essentialia donationis, vel impositionis?

Primo intuitu videtur dicendum esse realiter impositionem, & habere requisita essentialia impositionis, primo quia in donatione maior Pars donans non arctat minorem partem, non consentientem Donationi leg. nec ignorans Cod. de donationibus, sed in concludendo donatiuo in Regno Neapolis maior Pars Baronum, & Terrarum de demanio, arctat minorem Partem non consentientem donatiuo,

tiuo, vt probaui in meo tractatu, & fatetur idem Diana in tract. 3. resol. 27. igitur non est donatio ex parte Rei, sed potius est impositio.

Secūdo in donatione non requiritur causa formalis, finalis, materialis, & effectiua copulatiuè, sed sufficit mera donantis liberalitas, vt omnes DD. ex definitionis essentialibus deducunt, sed in hoc donatiuo requiruntur copulatiuè omnes illæ quatuor causæ, sicut requiruntur copulatiue in impositionibus, vt communiter Somistæ docet in verbo Gabella. Igitur non est donatio, sed impositio.

Tertio singulis duobus annis irremisibiliter petitur à Rege donatiuum, & conceditur à Regno, idq; tempore immemorabili. Igitur hoc ius præscriptum est à Rege, & sic habet vim tituli, & per consequens non est mera donatio, quæ nullo iure cogente est largitio; sed est impositio præscripta vigore legis, nam hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua cotidiana æstiua.

His tamen minimè refragantibus contrarium ego censeo, vti natus, & nutritus in Ciuitate Neapolis, & per consequens, vti versatus in huiusmodi Comitijs, idq; primo probo à nomine semper litteris Regijs petitur donatiuum, & in literis Regni transmittitur donatiuum, & nunquam fit mentio de impositione,

igitur est donatio, & non impositio, testus
expressus in leg. si idem Cod. de Cod. cillis
ne tamen verum est, quod propter Regis
gnitatem donatiuum hoc appellari potest
uitium donando enim subditus Regi ei ser
proprie.
ndo si esset impositio, & non donatio im-
meretur à Rege absq; consensu Regni Nea
olis, sicuti imponuntur Gabellæ, tribu-
alieq; impositiones leg. 3. cum sequenti
od. de An. & tributis lib. 10. sed donatiuum
n imponitur à Rege, sed tantum petitur à
ege; vt Regnum velit consentire donatio-
igitur est donatio, non impositio.
io in impositione tenentur Ecclesiastici
ouenire in subsidium casu quo non suffi-
int bona secularium ad consecutionem fi-
publici, pro quo fine ponitur impositio
p. non minus, & cap. aduersus de immun.
c. vti etiam tenet Diana in dicto tractatu
esolut. 22. sed neq; in subsidium, neq; alio
cto tenentur Ecclesiastici contribuere in
iusmodi donatiuo, vt experientia patet in
e Regno, quidquid sit in Regno Siciliæ, in
o interueniunt tria brachia, quorum vnũ
Ecclesiasticum in Parlamento, vt asserit
ana in loco citato resolut. 27. Igitur non
impositio, sed donatio.
to non est in potestate Regni taxare quã-

titatem

titate impositionis, sed est in potestate Regis, vt probat Diana loco citato resol. 12. cũ seq. motus Authoritate Vasquez. opus de restitutione cap. 6. §. 1. dub. 1. num. 7. cum alijs citatis in resol. 13. taxare autem quantitatem à Regno Neapolis spectat ad Regnum ex immemorabili tempore; itaut nunquam Rex taxaeit quantitatem donatiui, igitur donatiuum Regni Neap. non est impropriè donatio, sed propria donatio, cum habent essentialem conditionem donationis, quæ est liberalitas in assignando quantitatem donatiui iuxta leg. primum, vbi Glosa, & DD. ff. de donationibus.

Quintò in donatione est mera libertas, ita vt excludat vim, & metum adeo, quod si interueniat vis, vel metus donatio est inualida, vt probat Caietanus 2. 2. q. 32. art. 7. in fine, sed impositio potest poni à Rege per vim, & metum, vt probat Diana in dicto 3. tract. resol. 25. & ab immemorabili tempore nunquã Rex per vim, & metum extorsit donatiuum à Regno Neap. igitur ex parte Rei est vera, & propterea donatio, non autem simulata, & impropria.

Sexto Barones Regni non tenentur contribuere ad donatiuum, quoniam ipsi præstant seruitium militare, vt ex Valenzuola conf. 92. num. 63. probat Diana in loco citato resol.

. cuius seruitij militaris loco in Regno
ap. soluunt Barones Aduam, sed totum
gnum habet suas impositiones, tum ratio-
personarum, tum ratione bonorum, &
n sufficientibus impositionibus positis, est
libertate Regis alias impositiones ponere
opter publicam vtilitatem proportiona-
tamen facultatibus Regni, igitur in dona-
o non potest considerari ratio impositio-
, sed ratio liberalitatis Regni, cum Regnū
uat alias impositiones, pro quibus Rex
remunerat asportantes, sicut remunerat
tantes donatiuum.
is, & similibus sic stantibus non obstant
ones in contrarium adductæ, vnde ad pri-
m respondetur dicendo non esse bonam
sequentiam, in donatiuo requiritur ma-
Pars Regni; ergo donatiuum non est in
rtate Regni, quoniam collecta, quæ fit à
itate exegit maiorem partem Ciuitatis,
amen est in libertate Ciuitatis illam po-
, qua tamen posita per maiorem Partē,
or Pars Ciuitatis contradicens tenetur
ere collectas, vt probat Iessius de Iustitia
ire lib. 2. cap. 33. dub. 2. nu. 15. de quo ta-
latius dicam infra in causa formali par-
entiæ.
undam rationem respondetur quod quā
in donatione simplici non requirantur,

prædictæ causæ tamen, vt dicitur in dicta leg. 1. ff. de donationibus sunt plures donationis species, inter quas est donatio facta ob causam, cum proportione sufficientiæ donantis, & vtilitatis publicæ, & donatiuum Regni Neap. est huiusmodi, habet enim causam efficientem, & est maior pars Regni, causam finalem, quæ est vtilitas publica procuranda à Rege causam formalem, quę est proportio, & causam materialem, quæ est quantitas donanda.

Non obstat tertia ratio, quia in donatione non acquiritur ius ex multiplicatis donationibus exeedentibus quingentos solidos, leg. si certis Annis, vbi Glosa, & DD. Codice de donationibus. Imo præscriptio immemorabilis non habet locū in his, quæ sunt meræ facultatis, leg. viā vbi Bart. post Glos. ff. de via publica præscriptio enim habet locum in iure, non autem circa liberalitatem, quæ non est aliquod ius: nec etiam obstat quod fauore Ecclesiæ impositum ex pietate per consuetudinem est continuandum, secundum Hyppolitum de Marsilijs singulari 192. per cap. ad Apostolicam de Simonia, & fauore Fisci idem censet Iason. in leg. si certis Annis num. 14. ver. per hoc c. de pactis vigore æquiparationis Ecclesiæ, & Fisci leg. vt inter diuinum c. de Sacrosanctis Ecclesiasticis, quia responde-

r quod id non procedit circa compulsionē art. in leg. cum de in rem verso num. 14. de uris, & Abbas in cap. sunt num. 6. de Simonia.

ndo quæritur in quibus casibus Regnum eapolis donat Regi, & quo iure id faciat.

ondetur in multis casibuh Regnum dona- Regi, tam ex iure Municipali, tam ex iure e communi, primo enim Regnum donat edeptionem Possessionis Regni, sicut .n. o noua Episcopatus Possessione datur Epipo subsidiū charitatiuū, ita datur aliquid pro noua Regni possessione, vt per Regen n de Ponte in tract. de donis, & expensis iuersitatis num. 2. cum sequentibus idq; obatur de iure communi, & municipali de e quidem communi, vt in leg vnica Cod. olicæ lētitiæ lib. 12. vbi Glosa, & DD. pon- antes illud in dicto testu appositum, si ho- datus fuerit regalium. De iure autem nicipali, vt in const. Regni, quam plurium, pro emenda terra, quæ constitutio quam- loquatur de Barone adipiscente Terræ ssessionem, extenditur tamen ad Regem, per glosam, & Iserniam in dicta Const. & gentem de Aponte in citato tractatu in- tlo de Regalium impositione num. 46. Se-

cundo

cundo datur donatiuum ob exercitum construendum contra Regis inimicos, vt in dicta Const. Regni. Interest enim Regni inimicos Regis expelli Frecc. de subfeudis lib. 2. in 2. Author. Baronis nu. 24. ver. versatur in hoc, Idq; etiam procedit quando bellum fit extra Regnum, est enim magis vtile Regno Neap. Bellum fieri distanter à Regno nostro, vt per Regentem de Aponte in loco allegato titulo de Regalium impositione num. 47. de potestate Proregis, & Turria 2.2. disp. 46. dub. primo num. 5. cum seq. & Vasquez. in opuscolo de restitutione cap. 6. §. 3. dub. 2 nu. 70. Tertio datur donatiuum Regi pro natiuitate Prolis Regis; quoniam id statutum est de iure communi, & municipali, de iure quidem communi, vt probat glosa in leg. placet in ver. extra ordinariam, & in verbo Canonica de Sacrosanctis Ecclesijs, vbi Iason. num. 19. in 2. lectura, de iure autem municipali, vt dicta Const. Regni ibi pro faciendo filio milite, vel maritanda, vel munachanda filia, & enim ipso, quòd nascitur filius Regi destinatur ad militiam pro fidei, & Regni defensionem, & eo ipso quòd nascitur filia Regi destinatur ad matrimonium, aut carnile, aut spirituale. Idemq; procedit ante natiuitatē prolis, quia cum agatur de eiusdem prolis vtilitate, pro natu habetur leg. quod dicimus ff. de verbo-

rum

n significatione,& lege, qui in vtero ff. de
:u hominum,& ita fuit in praxa receptum
itato Parlamento Generali. Verum tamē
exactionem dicti donatiui non posse fieri
e natiuitatem Prolis; quia potest non na-
debet enim haberi ratio ad id quod potest
nire leg. si quis domum §. idem querit ff.
ati §. illud quæsitum, vbi glosa finalis insti-
ionibus de rerū diuisione, & explicat Bar-
us in lege inter stipulantem §. Sacram nu.
